

IN NATIVITATE DOMINI

Ordo horarum canonicarum secundum ritum
et consuetudinem almæ Strigoniensis ecclesiæ

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

ad vesperas

Antiphona · 8



A - ve, * spes no-stra, De-i Gé - ni - trix in - tá - cta!

A - ve, il - lud a - ve per án - ge - lum ac -

cí - pi - ens! A - ve, con - cí - pi - ens Pa - tris

splendó - rem, be - ne - dí - cta! A - ve, ca - sta, sanctís -

si - ma Vir - go, so - la in - nú - pta: te glo -

rí - fi - cant omnis cre - a - tú - ra, ma - trem lú - mi - nis,

al - le - lú - ia, al - le - lú - ia!

Pater noster **et** Ave, María.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío et nunc et semper
et in sǎcula sǎculórum! Amen. Allelúia.

Antiphona · 8g1

Sci - tó - te, * qui - a pro - pe est re - gnum De - i, a - men

di - co vo - bis, qui - a non tar - dá - bit! E u o u a e.

Psalmus 112.

LAUDÁTE, púeri, **D**óminum, *
laudáte *nomen Dómini!*

Sit nomen Dómini benedíctum *
ex hoc nunc et usque *in sǎculum!*

A solis ortu usque ad occásum *
laudábile *nomen Dómini.*

Excélsus super omnes gentes **D**óminus, *
et super cælos *glória eius.*

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis **h**ábitat, *
et humília réspicit in cælo *et in terra;*

Súscitans a terra **í**nopem *
et de stércore érigens **p**áuperem;

Ut cóllocet eum cum princípibus, *
cum princípibus *pópuli sui;*

Qui habitáre facit stérilem in **d**omo *
matrem *filiórum lætántem?*

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui **S**ancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **s**emper *
et in sǎcula sǎculórum! Amen.

Antiphona



Sci - tó - te, qui - a pro - pe est re - gnum De - i, a - men
di - co vo - bis, qui - a non tar - dá - bit!

Antiphona · 8g1



Rex pa - cí - fi - cus * ma - gni - fi - cá - tus est, cu - ius vul - tum
de - sí - de - rat u - ni - vér - sa ter - ra. E u o u a e.

Psalmus 116.

LAUDÁTE Dóminum, omnes **gentes**, *
laudáte eum, *omnes pópuli*;

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius, *
et véritas Dómini manet *in ætérnum*!

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui **S**ancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in *sæcula sæculórum*! Amen.

Antiphona



Rex pa - cí - fi - cus ma - gni - fi - cá - tus est, cu - ius vul - tum



de - sí - de - rat u - ni - vér - sa ter - ra.

Antiphona · 7a



Ma - gni - fi - cá - tus est * Rex pa - cí - fi - cus su - per omnes



re - ges u - ni - vér - sæ - ter - ræ. E u o u a e.

Psalmus 145.

LAUDA, ánima mea, Dóminum, †
laudábo Dóminum in **vita mea**, *
psallam Deo meo, **quámdiu fúero!**

Nolíte confidere **in** princípibus, *
in fíliis hóminum, in quibus **non** est **salus!**

Exíbit spíritus eius et revertétur **in** **terram suam**, *
in illa die períbunt omnes cogitatiónes **eórum.**

Beátus, cuius Deus Iacob adiútor eius, †
spes eius in Dómino **Deo ipsíus**, *
qui fecit cælum et terram, mare et ómnia, **quæ** in **eis** sunt;

Qui custódit veritátem in sæculum, †
facit iudícium iniúriam **patiéntibus**, *
dat escam **esuriéntibus.**

Dóminus solvit **compeditos**, *
Dóminus **illúminat cæcos.**

Dóminus **érigit elisos**, *
Dóminus **díligit iustos.**

Dóminus custódit ádvenas, †
pupíllum et víduam **suscípiet**, *
et vias peccatórum **dispédet.**

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus **tuus**, Sion, *
in generatiónem et generatiónem.

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona




Ma - gni - fi - cá - tus est Rex pa - cí - fi - cus su - per omnes



re - ges u - ni - vér - sæ - ter - ræ.

Antiphona · 8g1



O - ri - é - tur * sic - ut sol Sal - vá - tor mun - di,



et de - scéndet in ú - te - rum Vír - gi - nis, sic - ut im - ber



su - per gra - men, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 146.

LAUDÁTE Dóminum, quóniam bonus est **psalmus**, *
Deo nostro sit iucúnda decóraque **laudátio**!

Ædificans Ierúsalem **Dóminus** *
dispersiónes Israélis **congregábit**;

Qui sanat contrítos **corde**, *
et álligat contritiónes **eórum**;

Qui númerat multitúdinem **stellárum**, *
et ómnibus eis **nómina vocat**.

Magnus Dóminus noster et magna virtus eius, *
et sapiéntiæ eius *non est* **nú**merus.

Suscípiens mansuétos Dóminus, *
humílians autem peccatóres *usque ad* **terram**.

Præcínite Dómino in confessióne, *
psállite Deo nostro *in* **cíthara**;

Qui óperit cælum **nú**bibus, *
et parat *terræ* **plú**viam;

Qui prodúcit in móntibus **f**enum, *
et herbam *servitúti* **hó**minum;

Qui dat iuméntis escam **ipsó**rum, *
et pullis corvórum *invocántibus* **eum**!


Non in fortitúdine equi voluntátem **habé**bit, *
nec in tibiis viri beneplácitum *erit* **ei**.

Beneplácitum est Dómino super timéntes **eum**, *
et in eis, qui sperant super *misericórdia* eius.

Glória Patri et Fílio *
et *Spirítui* **S**ancto!


Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in *sæcula sæculórum!* **A**men.

Antiphona



O - ri - é - tur sic - ut sol Sal - vá - tor mun - di,
et de - scéndet in ú - te - rum Vír - gi - nis, sic - ut im - ber
su - per gra - men, al - le - lú - ia.

Antiphona · 8g1




Dum or - tus * fú - e - rit sol de cæ - lo, vi - dé - bi - tis
 Re - gem re - gum, pro - ce - dén - tem a Pa - tre,
 tamquam sponsum de thá - la - mo su - o. E u o u a e.

Psalmus 147.


LAUDA, Ierúsalem, Dóminum, *
 lauda Deum tuum, Sion;
Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
 benedíxit fíliis tuis in te;
Qui pósuit fines tuos pacem, *
 et ádipe fruménti sátiat te;
Qui emíttit elóquium suum terræ, *
 velóciter currit sermo eius;
Qui dat nivem sicut lanam, *
 nébulam sicut cínerem spargit!
Mittit crystállum suam sicut buccéllas. *
 Ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?
Emíttet verbum suum et liquefáciat ea, *
 flabit spíritus eius, et fluent aquæ;
Qui annúnciat verbum suum Iacob, *
 iustítias et iudícia sua Israel.
Non fecit táliter omni natióni, *
 et iudícia sua non manifestávit eis.
Glória Patri et Fílio *
 et Spíritui Sancto!
Sicut erat in princípío et nunc et semper *
 et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona



Dum or - tus fú - e - rit sol de cæ - lo, vi - dé - bi - tis
 Re - gem re - gum, pro - ce - dén - tem a Pa - tre,
 tamquam sponsum de thá - la - mo su - o.

Antiphona · 8



Gau - de et læ - tá - re, * le - rú - sa - lem: ec - ce, rex
 tu - us ve - nit, de quo pro - phé - tæ præ - di - xé - runt,
 quem án - ge - li ad - o - ra - vé - runt, quem Ché - ru - bim
 et Sé - ra - phim san - ctus, san - ctus, sanctus pro - clá - mant!

Capitulum

FRATRES. Paulus, servus Iesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in evangélium Dei, quod ante promiserat per prophétas suos in scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem. **R.** Deo grátias.

Responsorium · 4

Iu - daë - a et Ie - rú - sa - lem, no - lí - te ti -
mé - re! * Cras e - gre - di - é - mi - ni, ** et Dó - mi -
nus e - - - rit vo - bís - cum.
V. Con - stán - tes e - stó - te! Vi - dé - bi - tis au - xí -
li - um Dó - mi - ni su - per nos. **C**ras e - gre -
di - é - mi - ni. **G**ló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o
et Spi - rí - tu - i San - cto! **E**t Dó - mi - nus.

« Antiphona » [Hymnus]



In-tén-de, qui re-gis Is-ra-el, qui sedes super Ché-rubim,
 éx-ci-ta tuam pot-én-ti-am et ve-ni ad sal-vándum nos.

Hymnus



Ve-ni, Redémptor gén-ti-um, os-tén-de partum Vír-gi-nis,
 mi-ré-tur o-mne sœ-cu-lum, ta-lis de-cet par-tus De-um!

Non ex vírili sémine,
 sed mýstico spirámine
 Verbum Dei factum est caro,
 fructúsque ventris flóruit.

Alvus tuméscit Vírginis,
 claustra pudóris pérmanent,
 vexílla virtútum micant,
 versátur in templo Deus;


Procédens de thálamo suo,
 pudóris aula régia,
 géminæ gigas substántiæ,
 álacris ut currat viam.

Egréssus eius a Patre,
 regréssus eius ad Patrem,
 excúrsus usque ad íferos,
 recúrsus ad sedem Dei.

Æquális ætérno Patri
 carnis trophæo accingere,
 infírma nostri córporis
 virtúte firmans pépeti.

Præsépe iam fulget tuum,
 luménque nox spirat novum,
 quod nulla nox intépolet,
 fidéque iugi lúceat!

Glória tibi, Dómine,
 qui natus es de Vírgine,
 cum Patre et Sancto Spírítu
 in sempitérna sœcula!




A - men.

Versiculus

V. Tamquam sponsus.

R. Dóminus procédens de thálamo suo.

Antiphona · 8g1



Cum es - set * despon- sá - ta ma-ter Ie - su, Ma-rí - a
 Io- seph, án - te - quam con - ve - ní - rent, in - vén - ta est
 in ú - te - ro habens, quod e - nim in e - a na-
 tum est, de Spí - ri - tu San-cto est, al - le - lú - ia.
 E u o u a e.

Canticum beatæ Mariæ Virginis

MAGNÍFICAT *
 ánima *mea* Dóminum;

Et exsultávit **spíritus meus** *
 in Deo salutári **meo**;


Quia respéxit humilitátem *ancíllæ suæ*, *
 ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes;

Quia fecit mihi **magna**, qui **potens** est, *
 et sanctum *nomen eius*;

Et misericórdia eius a progénie **in progénies** *
 timéntibus eum.

Fecit poténtiam *in bráchio suo*, *
dispérsit supérbos mente *cordis sui*.
Depósuit *poténtes* de **sede**, *
et exaltávit **húmiles**.
Esuriéntes *implévit bonis*, *
et dívites dimísit **inánés**.
Suscépit *Israel, púerum suum*, *
recordátus *misericórdiæ suæ*;
Sicut locútus est *ad patres nostros*, *
Abraham et sémini *eius in sæcula*.
Glória **Patri** et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto**!
Sicut erat in princípío *et nunc et semper* *
et in *sæcula sæculórum! Amen*.

Antiphona



Cum es - set despon - sá - ta ma - ter Je - su, Ma - rí - a
Io - seph, án - te - quam con - ve - ní - rent, in - vén - ta est
in ú - te - ro habens, quod e - nim in e - a na -
tum est, de Spí - ri - tu San - cto est, al - le - lú - ia.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

DEUS, qui nos redemptionis nostræ ánnua expectatióne lætíficas: præsta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscipimus, veniéntem quoque iúdicem secúri videámus! Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace!

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster *totum secreto, eoque recitato, subiungitur*

V. Dóminus det nobis suam pacem!

R. Et vitam ætérnam! Amen.

V. Divínium auxílium máneat semper nobíscum!

R. Amen.

Ad completorium

Iube, domne, benedícere!

Benedictio

Noctem quiétam et finem perféctum concédát nobis Dóminus omnípotens! **R.** Amen.

Lectio brevis

FRATRES. Sóbrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester, diábolus, tamquam leo rúgiens, círcuit, quærens, quem dévoret: cui resístite fortes in fide!

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Pater noster, *quod dicitur totum secreto. Deinde hebdomadarius facit confessionem:*

CONFÍTEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus sanctis et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes sanctos et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet

MISEREÁTUR tui omnipotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam! **R.** Amen.

Deinde repetit confessionem, et ubi dicitur vobis, fratres et vos, fratres, dicat tibi, pater et te, pater. Facta confessione a choro, hebdomadarius dicit

MISEREÁTUR vestri omnipotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam! **R.** Amen.

Absolutio

INDULGÉNTIAM, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus! **R.** Amen.

Extra chorum, si unus vel duo tantum recitent officium, et in choro monialium vel laicorum semel tantum ac simul ab omnibus ita fit confessio:

CONFÍTEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo et ómnibus sanctis, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam

Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem archángelum, beátum Ioánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes sanctos oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur

MISEREÁTUR nostri omnípotens Deus, et dimíssis peccátiis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam! **R.** Amen.

Absolutio

INDULGÉNTIAM, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus! **R.** Amen.

Facta absolute, dicitur

V. Convérte nos, Deus salutáris noster!

R. Et avérte iram tuam a nobis!

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío et nunc et semper et in sæcula sæculórum! Amen. Allelúia.

Antiphona · 8g1



Al - le - lú - ia, * al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 4.

CUM invocárem, exaudívit me Deus iustítiae **meæ**, *
in tribulatióne dilatásti **mihi**.

Miserére mei, *

et exáudi oratiónem **meam**!

Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**, *

ut quid dilígitis vanitátem et quæritis **mendácium**?

Et scitóte, quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**, *

Dóminus exáudiet me, cum clamávero **ad eum**!

Irascimini et nolite peccare, †
 quæ dicitis in cordibus vestris, *
 in cubilibus vestris *compungimini!*
Sacrificate sacrificium iustitiæ, et sperate in **D**omino! *
 Multi dicunt: Quis ostendit *nobis bona?*
Signatum est super nos lumen vultus tui, **D**omine, *
 dedisti lætitiã in *corde meo.*
A fructu frumenti, vini et olei **sui** *
multiplicati sunt.
In pace in idipsum *
 dormiam et *requiescam;*
Quoniam tu, Domine, singulariter **in** spe *
constituisti me.
Gloria Patri et **F**ilio *
 et **S**pirítui **S**ancto!
Sicut erat in principio et nunc et **semper** *
 et in sæcula *sæculorum!* Amen.

Psalmus 30. (1-6)

In te, Domine, speravi, non confundar in ætérnum, *
 in iustitia tua *libera* me!
Inclina ad me aurem **tuam**, *
 accelera, ut *eruas* me!
Esto mihi in Deum protectorem et in domum *refugii*, *
 ut *salvum me facias;*
Quoniam fortitudo mea et refugium meum **es** tu, *
 et propter nomen tuum deduces me et *enutries* me!
Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt **mihi**, *
 quoniam tu es *protector meus.*
In manus tuas commendo spiritum **meum**, *
 redemisti me, Domine Deus *veritatis.*
Gloria Patri et **F**ilio *
 et **S**pirítui **S**ancto!
Sicut erat in principio et nunc et **semper** *
 et in sæcula *sæculorum!* Amen.

Psalmus 90.

- Q**UI hábitat in adiutório **Altíssimi**, *
 in protectióne Dei cæli *commorábitur*;
Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu et refúgium **meum**, *
 Deus meus, *sperábo in eum*;
Quóniam ipse liberávit me de láqueo **venántium** *
 et a *verbo áspero*.
Scápolis suis obumbrábit **tibi**, *
 et sub pennis *eius sperábis*.
Scuto circúmdabit te véritas **eius**, *
 non timébis a timóre *noctúrno*;
Asagitta volánte in die, †
 a negótio perambulánte in **ténebris**, *
 ab incúrsu et dæmónio *meridiáno*.
Cadent a látere tuo mille, †
 et decem mília a dextris **tuis**, *
 ad te autem non *appropinquábit*.
Verúmtamen óculis tuis considerábis, *
 et retributióne peccatórum *vidébis*;
Quóniam tu es, Dómine, spes **mea**, *
 Altíssimum posuísti refúgium **tuum**.
Non accédet ad te **malum**, *
 et flagéllum non *appropinquábit tabernáculo tuo*;
Quóniam ángelis suis mandávit **de te**, *
 ut custódiant te in ómnibus *viis tuis*.
In mánibus *portábunt te*, *
 ne forte offéndas ad lápidem *pedem tuum*.
Super áspidem et basilíscum *ambulábis*, *
 et conculcábis leónem *et dracónem*;
Quóniam in me sperávit, liberábo **eum**, *
 prótegam eum, quóniam cognóvit *nomen meum*.
Clamábit ad me, et ego exáudiam eum, †
 cum ipso sum in tribulatióne, *
 erípam eum et glorificábo **eum**.
Longitúdine diérum replébo **eum**, *
 et osténdam illi *salutáre meum*.

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in sáecula sáeculórum! Amen.

Psalmus 133.

ECCE, nunc benedícite Dóminum, *
omnes *servi* Dómini;

Qui statis in domo Dómini, *
in átriis domus *Dei* nostri!

In nóctibus extóllite manus vestras in **sancta**, *
et benedícite Dóminum!

Benedícat te Dóminus ex **Sion**, *
qui fecit *cælum et terram*!

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in sáecula sáeculórum! Amen.

Antiphona



Al - le - lú - ia, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.

Hymnus



Fít por-ta Christi pér-vi - a, re - fér-ta ple-na grá-ti - a,




trans-ít - que rex, et pérma-net clausa, ut fu-it, per sáe-cu - la.

Genus supérni lúminis
procéssit aula Vírginis,
sponsúsque, Redémptor, cónditor,
suæ gigas Ecclésiæ.

Honor matris et gáudium,
imménsa spes credéntium:
per atra mortis pócula
resólvit nostra crímina.

Glória tibi, Dómine,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et Sancto Spíritu
in sempitérna sácula!



Capitulum

PARADÍSI porta per Evam cunctis clausa erat, sed per beatíssimam
Mariám Vírginem íterum patefácta est. **R.** Deo grátias.

Versiculus

V. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

R. Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Antiphona · 8g1

Com-plé - ti sunt * di - es Ma - rí - æ, ut pá - re - ret fí - li -
um su - um pri - mo - gé - ni - tum. E u o u a e.

Canticum Simeonis

NUNC dimíttis seruum tuum, Dómine, *
secúndum verbum tuum in pace;

Quia vidérunt óculi mei *
salutáre tuum;

(!) Quod parásti *
ante fáciem ómnium populórum;

Lumen ad revelatiónem géntium, *
et glóriam plebis tuæ Israel.

Glória Patri et Fílio *
et Spíritui Sancto!

Sicut erat in princípío *et nunc et semper* *
et in sáecula sáeculórum! Amen.

Antiphona



Com-plé-ti sunt di-es Ma-rí-æ, ut pá-re-ret fí-li-



um su-um pri-mo-gé-ni-tum.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

DEUS, qui nos redemptiónis nostræ ánnua exspectatióne lætíficas: præsta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, veniéntem quoque iúdicem secúri videámus! Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. Amen.

Oratio

DEUS, qui illúminas noctem, et lucem post ténebras facis: concéde propítius, ut hanc noctem sine impediménto Sátanæ transeámus, atque in matutínis horis ad sanctum servítium tuum recurréntes, tibi, Dómino Deo vivo et vero, grátias et laudes referámus! Salvátor mundi, salva nos, omnípotens Deus, et lucem nobis concéde perpétuam, et pacem tuam nostris concéde tempóribus: a subitánea et improvísá morte nos erípere dignéris! Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spírítu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

Benedictio

BENEDÍCÁT et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus: Pater et Fílius et Spírítus Sanctus! **R.** Amen.

V. Divínium auxílium máneat semper nobíscum!

R. Amen.

Deinde dicitur **secreto** Pater noster, Ave, María **et** Credo.

IN NATIVITATE DOMINI

in matutino

Pater noster, Ave, María et Credo.

V. Dómine, lábia mea apéries!

R. Et os meum annuntiábit laudem tuam.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío et nunc et semper
et in sáecula sáeculórum! Amen. Allelúia.

Invitorium · 4/II.



Chri - stus na - tus est no - bis: * ve - ní - te,




ad - o - ré - mus!

Psalmus 94.



Ve - ní - te, ex - sul - té - mus Dó - mi - no, iu - bi - lé - mus



De - o sa - lu - tá - ri no - stro, præ - oc - cu - pé - mus fá -



ci - em e - ius in con - fes - si - ó - ne et in psalmis

INVITATORIUM

iu - bi - lé - mus e - i; ANT. Quó - ni - am De -
 us magnus Dó - mi - nus et rex magnus su - per o - mnes de - os,
 quó - ni - am non re - pél - let Dó - mi - nus ple - bem su - am,
 qui - a in ma - nu e - ius sunt o - mnes fi - nes ter - ræ,
 et al - ti - tú - di - nes món - ti - um i - pse cón -
 spi - cit; * Quó - ni - am i - psí - us est ma - re,
 et i - pse fe - cit il - lud, et á - ri - dam fun - da - vé - runt ma -
 nus e - ius! Ve - ní - te, ad - o - ré - mus et pro - ci - dá - mus
 an - te De - um, plo - ré - mus co - ram Dó - mi - no, qui fe - cit nos,

IN NATIVITATE DOMINI



qui - a i - pse est Dó-mi-nus De-us no - ster, nos au - tem



pó - pu - lus e - ius et o - ves pá - scu - æ e - ius!



ANT. Hó - di - e, si vo - cem e - ius au - di - é - ri - tis,



no - lí - te ob - du - rá - re cor - da ve - stra, sic - ut in ex -



a - cer - ba - ti - ó - ne se - cún - dum di - em ten - ta - ti - ó - nis



in de - sér - to, u - bi ten - ta - vé - runt me pa - tres ve - stri,




pro - ba - vé - runt et vi - dé - runt ó - pe - ra me - a!



* Qua - dra - gín - ta an - nis pró - xi - mus fu - i ge - ne -



ra - ti - ó - ni hu - ic et di - xi: Semper hii er - rant cor - de.



I - psi ve - ro non co-gno-vé-runt vi - as me - as, quibus
 iu - rá - vi in i - ra me - a: Si in - tro - í - bunt in
 ré - qui - em me - am! ANT. Gló - ri - a Pa - tri
 et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i San - cto, sic - ut e - rat
 in prin - cí - pi - o et nunc et sem - per et in sæ -
 cu - la sæ - cu - ló - rum, a - men. * ANT.

Ad primum nocturnum

Antiphona · 8a



Dó - mi - nus di - xit ad me: * Fí - li - us me - us es tu,
 e - go hó - di - e gé - nu - i te. E u o u a e.

Psalmus 2.

QUARE fremuérunt **gentes**, *
et pópuli meditáti *sunt inánia*?

Astiterunt reges terræ et príncipes convenérunt in **unum** *
advérsus Dóminum et advérsus *christum eius*:

Dirumpámus víncula eórum, *
et proiciámus a nobis iugum **ipsórum**!

Qui hábitat in cælis, irridébit **eos**, *
et Dóminus *subsannábit* eos.

Tunc loquétur ad eos in ira **sua**, *
et in furóre suo *conturbábit* eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion,
montem sanctum **eius** *
prædicans *præcéptum eius*.

Dóminus dixit **ad me**: *
Fílius meus es tu, ego hódie *genui* te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem **tuam**, *
et possessiónem tuam **términos terræ**!

Reges eos in virga **férrea**, *
et tamquam vas figuli *confrínges* eos.

Et nunc, reges, intelligite, *
erudímini, qui iudicátis **terram**!

Servíte Dómino in **timóre**, *
et exsultáte ei *cum tremóre*!

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur **Dóminus**, *
et pereátis de **via iusta**!

Cum exárserit in brevi ira **eius**, *
beáti omnes, qui *confídunt in eo*.

Glória Patri et Fílio *
et **Spirítui Sancto**!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in *sæcula sæculórum*! Amen.

Antiphona



Dó - mi - nus di - xit ad me: Fí - li - us me - us es tu,



e - go hó - di - e gé - nu - i te.

Antiphona · 8g1



Tamquam sponsus, * Dó - mi - nus pro - cé - dens de thá - la - mo



su - o. E u o u a e.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant glóriam Dei, *

et ópera mánuum eius annúntiat *firmaméntum*.

Dies diéi erúctat **verbum**, *

et nox nocti *índicat sciéntiam*.

Non sunt loquélæ neque **sermónes**, *

quorum non audiántur *voces eórum*.

In omnem terram exívit sonus **eórum**, *

et in fines orbis terræ *verba eórum*.

In sole pósuit tabernáculum **suum**, *

et ipse tamquam sponsus *procédens de thálamó suo*;

Exsultávit ut gigas ad curréndam **viam**, *

a summo cælo *egréssio eius*;

Et occúrsus eius usque ad summum **eius**, *

nec est, qui se abscondat a *calóre eius*.

Lex Dómini immaculáta, convértens **ánimas**, *

testimónium Dómini *fidéle, sapiéntiam præstans párvulis*.

Iustítiæ Dómini *rectæ, lætificántes* **corda**, *

præcéptum Dómini lúcidum, illúminans **óculos**.

Timor Dómini *sanctus, pérmanens in sæculum* **sæculi**, *

iudícia Dómini vera, iustificáta in semetípisa;

Desiderábilia super áurum et lápidem *pretiósus* **multum**, *

et dulcióra super *mel et favum*.

Etenim servus tuus custódit **ea**, *
 in custodiéndis illis retribútio **multa**.
Delícta quis intélligit? †
 Ab occúltis meis **munda** me, *
 et ab aliénis parce *servo tuo*!
Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus **ero**, *
 et emundábor a *delícto máximo*;
Et erunt, ut compláceant elóquia oris **mei**, *
 et meditatio cordis mei in conspéctu *tuo* **semper**.
Dómine, adiútor **meus** *
 et redémptor **meus**.
Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui **Sancto**!
Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sǎcula *sǎculórum*! **Amen**.

Antiphona



Tamquam sponsus, Dó - mi - nus pro - cé - dens de thá - la - mo



su - o.

Antiphona · 1g3



Dif - fú - sa est * grá - ti - a in lá - bi - is tu - is, pro - ptér -



e - a be - ne - dí - xit te De - us in æ - tér - num.



E u o u a e.

Psalmus 44.

ERUCTÁVIT cor meum **verbum bonum**, *
dico ego ópera mea **regi**.

Lingua mea **cálamus scribæ** *
velóciter **scribéntis**.

Speciósus forma præ filiis hóminum, **diffúsa est grátia in lábiis tuis**, *
proptérea **benedíxit te Deus in ætérnum**.

Accíngere gládio tuo super **femur tuum**, *
(!) **potentíssime!**

Spécie tua et pulchritúdone **tua** *
inténde, **próspere procéde et regna**;

Propter **veritátem et mansuetúdinem et iustítiam**, *
et **dedúcet te mirabíliter délixtera tua!**

Sagíttae tuæ acútæ, **pópuli sub te cadent**, *
in **corda inimicórum regis**.

Sedes tua, **Deus, in sæculum sæculi**, *
virga **directiónis virga regni tui**.

Dilexisti **iustítiam et odísti iniquitátem**, *
proptérea **unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis**.

Myrrrha et gutta et **cásia a vestiméntis tuis a dómibus ebúrneis**, *
ex quibus **delectavérunt te filia regum in honóre tuo**.

Astitit **regína a dextris tuis in vestítu deauráto** *
circúmdata **varietáte**.

Audi, **fília, et vide, et inclína aurem tuam**, *
et **oblíviscere pópulum tuum et domum patris tui**;

Et **concupíscet rex decórem tuum**, *
quóniam ipse est **Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum**;

Et **fília Tyri in munéribus**, *
vultum tuum **deprecabúntur omnes dívites plebis!**

Omnis **glória eius filia regis abintus**, *
in **fímbris áureis, circumamícta varietátibus**.

Adducéntur regi **vírgines post eam**, *
próximæ eius **afferéntur tibi**.

Afferéntur in lætítia et exsultatióne, *
 adducéntur in templum regis.
Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii, *
 constítues eos príncipes super omnem terram.
Mémores erunt nóminis tui *
 in omni generatióne et generatióne.
Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum *
 et in sæculum sæculi.
Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui Sancto!
Sicut erat in princípío et nunc et semper *
 et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona

Dif- fú - sa est grá - ti - a in lá - bi - is tu - is, pro-ptér-
 e - a be - ne - dí - xit te De - us in æ - tér - num.

Versiculus

V. Speciósus forma præ filiis hóminum.
R. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne!
R. Sed líbera nos a malo!

Absolutio

PRÉCIBUS et méritis sanctíssimæ Dei Genitrícis Vírginis Maríæ et
 ómnium sanctórum suórum perdúcat nos Dóminus noster Iesus
 Christus ad regna cælórum! **R.** Amen.

Iube, domne, benedícere!

Pro I. lectione benedictio

V. Alma Virgo vírginum intercédât pro nobis ad suum Fílium!

R. Amen.

Lectio I.

PRIMO témpore alleviáta est terra Zábulon · et terra Néphthalim · et novíssimo aggraváta est via maris · trans Iordánem Galilææ. Géntium pópulus, qui ambulábat in ténebris · vidit lucem magnam. Habítantibus in regióne umbræ mortis · lux orta est eis. Multiplicásti gentem · non magnificásti lætítiam. Lætabúntur coram te · sicut qui lætántur in messe · sicut exsúltant victóres, capta præda · quando dívidunt spólia. Iugum óneris eius · et virgam húmeri eius · et sceptrum exactóris eius superásti · sicut in die Mádian. Quia omnis violénta prædátio cum tumúltu · et vestiméntum mixtum sángine · erit in combustióne · et cibus ignis. Párvulus enim natus est nobis · et fílius datus est nobis. Et factus est principátus super húmerum eius · et vocábitur nomen eius · Admirábilis · Consiliárius · Deus fortis · Pater futúri sæculi · Princeps pacis. Multiplicábitur eius impérium · et pacis non erit finis. Super sólium David · et super regnum eius sedébit · ut confírmet illud, et corróboret in iudício · et iustítia · ámodo usque in sempitérnum. Zelus Dómini exercítuum fáciat hoc. Verbum misit Dóminus in Iacob · et cécidit in Israel.

V. Hæc dicit Dóminus Deus: « Convertímmini ad me · et salvi éritis! »

R. Deo grátias.

Responsorium · 5

Hó - di - e no - bis cæ - ló - rum rex de Vír - gi - ne
na - sci di - gná - tus est, ut hó - mi - nem pér -

di - tum ad re - gna cæ - lé - sti - a re - vo -
 cá - ret. Gáu - det ex - ér - ci - tus an - ge - ló - rum,
 * qui - a sa - lus æ - tér - na hu - má - no gé - ne - ri
 ap - - pá - ru - it. **V.** Gló - ri - a
 in ex - cél - sis De - o, et in ter - ra pax ho - mí -
 ni - bus bo - næ vo - lun - tá - tis. **Q**ui - a sa - lus.

Iube, domne, benedícere!

Pro II. lectione benedictio

V. Nos cum Prole pia benedícat Virgo María!

R. Amen.

Lectio II.


CONSOLÁMINI, consolámini, pópule meus! » · dicit Deus vester.
 « Loquímini ad cor Ierúsalem · et advocáte eam! Quóniam compléta est malítia eius · dimíssa est iníquitas illíus. Suscépit de manu Dómini duplícia · pro ómnibus peccátis suis. Vox clamántis in desérto:
 « Paráte viam Dómini · rectas in solitúdine sémitas Dei nostri! Omnis vallis exaltábitur · et omnis mons et collis humiliábitur. Et erunt prava in dirécta · et áspera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini · et vi-

débit omnis caro páriter · quod os Dómini locútum est. » Vox dicén-
tis: « Clama! » Quid clamábo? « Omnis caro fenum · et omnis glória
eius, quasi flos agri. Exsiccátum est fenum · et cécidit flos · quia spíri-
tus Dei sufflávit in eo. Vere fenum est pópulus. Exsiccátum est fe-
num · et cécidit flos. Verbum autem Dómini manet in ætérnum. » Su-
per montem excélsu[m] ascénde, tu · qui evangelízas Sion · exálta in for-
titúde[m] vocem tuam · qui evangelízas Ierúsalem! Exálta, noli timére ·
dic civitatibus Iudæ: « Ecce, Deus vester. Ecce, Dóminus Deus in for-
titúde[m] véniet · et bráchium eius dominábitur. Ecce, merces eius cum
eo · et opus illíus coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet · in brá-
chio suo congregábit agnos · et in sinu suo levábit · fetas ipse portábit.
Quis mensus est pugíllo aquas · et cælos palmo ponderávit? Quis ap-
péndit tribus dígitis mole[m] terræ · et librávit in póndere montes, et
colles in statéra? Quis adiúvit spíritum Dómini · aut quis consiliárius
eius fuit · et osténdit illi? Cum quo íniit consílium · et instrúxit eum ·
et dócuit eum sémitam iustítie · et erudívit eum sciéntia · et viam pru-
déntie osténdit illi? Ecce, gentes, quasi stilla sítulæ · et quasi momén-
tum statéræ, reputátæ sunt. Ecce, ínsulæ, quasi pulvis exíguus · et Líba-
nus non suffíciet ad succendéndum · et animália eius non suffícient ad
holocáustum. Omnes gentes, quasi non sint · sic sunt coram eo · et
quasi níhilum et ináne, reputátæ sunt ei. »

V. Hæc dicit Dóminus Deus: « Convertímini ad me · et salvi éritis! »

R. Deo grátias.

Responsorium · 8



Hó-di-e no-bis de cæ - lo pax ve - ra de-
scén - dit, * hó-di - e per to - tum mundum mel - lí-
flu - i fa - cti sunt cæ - li. **V.** Hó-di - e

IN NATIVITATE DOMINI

il - lú - xit no - bis di - es red - em - pti - ó - nis no - vāe,
 re - pa - ra - ti - ó - nis an - tí - quāe, fe - li - ci - tá - tis
 æ - tér - nāe. **Hó** - di - e.

Iube, domne, benedícere!

Pro III. lectione benedictio

V. Sancta Dei Génitrix sit nobis auxiliátrix!

R. Amen.

Lectio III.

CONSÚRGE, consúrge · indúere fortitúdine tua, Sion · indúere vestiméntis glóriæ tuæ, Ierúsalem · civitas Sancti · quia non adiíci - et ultra · ut pertránseat per te incircumcísus et immúndus! Excútere de púlvere · consúrge, sede, Ierúsalem · solve víncula colli tui · captíva fília Sion! Quia hæc dicit Dóminus Deus: « Gratis venúmdati estis · et sine argénto redimémíni. » Quia hæc dicit Dóminus Deus: « In Ægýptum descéndit pópulus meus in princípíio · ut colónus esset ibi · et Assur absque ulla causa calumniátus est eum. Et nunc quid mihi est - dicit Dóminus - quóniam ablátus est pópulus meus gratis? Dominatóres eius iníque agunt - dicit Dóminus - et iúgiter tota die nomen meum blasphemátur. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum in die illa · quia ego ipse, qui loquébar, ecce, adsum. » Quam pulchri super montes pedes annuntiántis bonum, prædicántis pacem · annuntiántis bonum · prædicántis salútem · dicéntis: « Sion, regnábit Deus tuus. Vox speculatórum tuórum · levavérunt vocem · simul laudábunt · quia óculo ad óculum vidébunt · cum convérterit Dóminus Sion. Gaudéte et laudáte simul, desérta Ierúsalem · quia consolátus est Dóminus pópulum suum · redémit Ierúsalem · parávit Dóminus bráchium suum · in óculis ómnium géntium · et vidébunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri. »

V. Hæc dicit Dóminus Deus: « Convertímini ad me · et salvi éritis! »

R. Deo grátias.

Responsorium cum tropo · 1

De-scén-dit de cæ - lis mis-sus ab ar - ce

Pa - tris. In - tro - í - vit per au-rem Vír - gi - nis

in re - gi - ó - nem no - stram, in-dú - tus sto - la

pur - pú - re - a, * et ex - í - vit per áu - re - am

por - tam ** lux et de - cus u - ni - vér - sæ

fá - bri - cæ mun - di. **V.** Tam - - -

- - - quam sponsus, Dó-mi - nus pro-cé-dens de thá-

la - mo su - o. **Mis-sus** ab ar - ce ve - ni - é - bat,

IN NATIVITATE DOMINI

magnam læ - tí - ti - am nun - ci - á - bat: Est Christus ven-tú-
 rus, al - vo ma - tris pro - cre - á - tus tam - quam sponsus.
Et ex - í - vit. **G**lór - - - -
 ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i
 San - cto, sic - ut e - rat in prin - cí - pi - o et nunc
 et sem - per et in sæ - cu - la sæ - cu - ló - rum! A -
 men. **G**lór - ri - a pi - æ Tri - ni - tá - ti, ho - nor et vir - tus
 sit U - ni - tá - ti, pot - é - stas et regnum De - i - tá - ti,
 summa pot - én - ti - a Pa - tri et Fí - li - o.



Ad secundum nocturnum

Antiphona · 8g1



Psalmus 47.

MAGNUS Dóminus et laudábilis **nimis** *
in civitáte Dei nostri, in monte *sancto* eius.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons **Sion**, *
látera Aquilónis, cívitas *regis magni*.

Deus in dómibus eius cognoscétur, *
cum *suscípiet eam*;

Quóniam ecce, reges terræ congregáti sunt, *
convenérunt *in unum*;

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, †
conturbáti sunt, commóti sunt, *
tremor *apprehéndit eos*.

Ibi dolóres ut parturiéntis, *
in spíritu veheménti cónteres *naves Tharsis*.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, †
in civitáte Dei **no**stri, *
Deus fundávit eam *in ætérnum*.

Suscépimus, Deus, misericórdiam **tuam** *
in médio *templi tui*.

Secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines **terrae**, *
iustítia plena est **déxtera tua**.

Letétur mons Sion, et exsúltent filiae **Iudæ** *
propter iudícia **tua**, **Dómine!**

Circúmdate Sion et complectímmini **eam**, *
narráte in **túrribus eius!**

Pónite corda vestra in virtúte **eius**, *
et distribúite domos eius, ut enarrétis in progénie **áltera**;

Quóniam hic est Deus, Deus noster in aetérnum et in sáeculum **sáeculi**, *
ipse reget *nos* in **sáecula!**

Glória Patri et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in sáecula **sáeculórum! Amen.**

Antiphona



Sus-cé - pi - mus, De-us, mi - se - ri - cór - di - am tu - am in mé -



di - o templi tu - i.

Antiphona · 3c



O - ri - é - tur * di - é - bus Dó - mi - ni ab - un - dán - ti - a



pa - cis, et do - mi - ná - bi - tur. E u o u a e.

Psalmus 71.

DEUS, iudícium tuum regi da, *
 et iustítiam tuam fílio regis;
Iudicáre pópulum tuum in iustítia, *
 et páuperes tuos in iudício!
Suscípiant montes pacem pópulo, *
 et colles iustítiam!
Iudicábit páuperes pópuli et salvos fáciet fílios páuperum, *
 et humiliábit calumniatórem;
Et permanébit cum sole et ante lunam *
 in generatióne et generatióne.
Descéndet sicut plúvia in vellus, *
 et sicut stillicidia stillántia super terram.
Oriétur in diébus eius iustítia et abundántia pacis, *
 donec auferátur luna;
Et dominábitur a mari usque ad mare, *
 et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.
Coram illo prócident Æthiopes, *
 et inimíci eius terram lingent.
Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, *
 reges Arabum et Saba dona addúcent;
Et adorábunt eum omnes reges terræ, *
 omnes gentes sérvient ei;
Quia liberábit páuperem a poténate, *
 et páuperem, cui non erat adiútor.
Parcet páuperi et ínopi, *
 et ánimas páuperum salvas fáciet.
Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum, *
 et honorábile nomen eórum coram illo;
Et vivet et dábitur ei de auro Arábiæ, †
 et adorábunt de ipso semper, *
 tota die benedícet ei;
Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, †
 superextollétur super Líbanum fructus eius, *
 et florébunt de civitáte sicut fenum terræ.
Sit nomen eius benedíctum in sæcula, *
 ante solem pérmanet nomen eius;

Et benedicéntur in ipso omnes **tribus terræ**, *
omnes gentes magnificábunt eum!

Benedíctus Dóminus **Deus Israel**, *
qui facit mirábíliá **solus**;

Et benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum, †
et replébitur maiestáte eius **omnis terra**, *
fiat, fiat!

Glória **Patri** et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in **sæcula sæculórum!** Amen.

Antiphona



O - ri - é - tur di - é - bus Dó-mi - ni ab - un - dán - ti - a



pa - cis, et do - mi - ná - bi - tur.

Antiphona · 8a



Vé - ri - tas de ter - ra or - ta est, * et iu - stí - ti - a de



cæ - lo pro - spé - xit. E u o u a e.

Psalms 84.

BENEDIXISTI, Dómine, terram **tuam**, *
avertísti captivitátem **Iacob**.

Remisísti iniquitátem plebis **tuæ**, *
operuísti ómnia peccáta **eórum**.

Mitigásti omnem iram **tuam**, *
 avertísti ab ira indignatió**nis tuæ**.
Convérte nos, Deus salutáris **noster**, *
 et avérte iram **tuam a nobis!**
Numquid in ætérnum irascéris **nobis**, *
 aut exténdes iram tuam a generatió**ne in generatió**ne?
Deus, tu convérsus vivificá**bis nos**, *
 et plebs tua lætá**bitur in te**.
Osténde nobis, Dómine, misericórdiam **tuam**, *
 et salutáre tuum **da nobis!**
Audiam, quid loquátur in me Dóminus **Deus**, *
 quóniam loquétur pacem in **plebem suam**;
Et super sanctos suos *
 et in eos, qui convertú**ntur ad cor!**
Verúmtamen prope timéntes eum salutáre **ipsíus**, *
 ut inhábitet glória in **terra nostra**.
Misericórdia et véritas obviavérunt **sibi**, *
 iustítia et pax **osculatæ** sunt.
Véritas de terra **orta** est, *
 et iustítia de cælo **prospéxit**.
Etenim Dóminus dabit benignitá**tem**, *
 et terra nostra dabit **fructum suum**.
Iustítia ante eum ambulá**bit**, *
 et ponet in via **gressus suos**.
Glória Patri et **Fílio** *
 et **Spirítui Sancto!**
Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in **sæcula sæculórum! Amen**.

Antiphona



Vé - ri - tas de ter - ra or - ta est, et iu - stí - ti - a de



cæ - lo pro-spé-xit.

*Versiculus***V.** Notum fecit Dóminus salutáre suum.**R.** In conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.Pater noster *secreto usque ad***V.** Et ne nos indúcas in tentatiónem!**R.** Sed líbera nos a malo!*Absolutio***I**PSÍUS píetas et misericórdia nos ádiuuet, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum! **R.** Amen.**I**ube, domne, benedícere!*Pro III. lectione benedictio***V.** Stella María maris deféndat nos ab ómnibus malis!**R.** Amen.*Lectio III.*


NATÁLIS Dómini dies · ea de causa a pátribus votívæ sollemnitátis institútus est · quia in eo Christus pro redemptiône mundi · nasci corporáliter vóluit · pródiens ex Vírginis útero · qui erat in Patris império. Cuius suscéptæ carnis causa hæc est. Postquam enim invídiã diáboli · parens ille primus, spe sedúctus ináni, cécidit · conféstim exsul et pérditus in omni gènere suo radicem malítiæ · et peccáti tradúxit. Crescebátque in malum veheméntius omne genus mortálium · diffúsis ubíque sceléribus · et quod est néquius, ómnium cúltilibus idolórum. Volens ígitur Deus termináre peccátum · consúluit verbo · lege · prophétis · signis · et prodígiis. Sed cum nec sic quidem erróres suos ad-mónitus cognósceret mundus · misit Deus Fílium suum · ut carnem indúeret · et homínibus apparéret · et peccatóres sanáret. Qui ídeo in hómine venit · quia per seípsum cognósci ab homínibus non pótuit. Ut autem viderétur · Verbum caro factum est · assuméndo carnem · non mutátum in carne. Assúmpsit enim humanitátem · non amísit divinitátem. Ita idem Deus, et homo idem. In natúra hómínis factus est mortális · manens, quod erat · assuménsque, quod non erat · ut liberáret, quem fécerat. Hæc est ergo domínicæ nativitátis magna sollé-mnitas. Hæc est diéi huius nova et gloriósa festívitás · advéntus Dei, factus ad hómínes. Itaque dies iste pro eo · quod in eo Christus natus

est · Natális dicitur. Quem ídeo observáre per revolútum círculum ani · festa sollemnitáte debémus · ut in memóriam revocétur · quod Christus natus est.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

Responsorium · 4



Quem vi - dí - stis, pa - stó - res, dí - ci - te! An-nun-ti-
 á - te no - bis, in ter - ris quis ap - pá - ru - it!
 * Na - tum ví - di - mus in cho - ro an - ge - ló -
 rum, Sal - va - tó - rem Dó - mi - num. **V.** Dí - ci -
 te, quid-nam vi - dí - stis, et an - nun-ti - á - te
 Chri-sti na - ti - vi - tá - tem! **Na - tum.**

Iube, domne, benedícere!

Pro V. lectione benedictio

V. Oret voce pia pro nobis Virgo María!

R. Amen.

Lectio V.

SALVATOR noster, dilectissimi, hodie natus est, gaudeamus! Neque enim locum fas est esse tristitiae · ubi natalis est vitae. Quae consumpto mortalitatis timore · ingerit nobis de promissa aeternitate laetitiam. Una cunctis laetitiae communis est ratio · quia Dominus noster · peccati mortisque destructor · sicut nullum a reatu liberum repperit · ita pro liberandis omnibus venit. Exsultet sanctus · quia propinquat ad palmam! Gaudeat peccator · quia invitatur ad veniam! Animetur gentilis · quia vocatur ad vitam! Dei namque Filius secundum plenitudinem temporis · quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit · reconciliandam auctori suo · naturam generis assumpsit humani · ut inventor mortis diabolus · per ipsam, qua vicerat · vinceretur. In quo conflictu pro nobis inito · magno et mirabili aequitatis iure certatum est · dum omnipotens Dominus cum saevissimo hoste · non in sua maiestate · sed in nostra humilitate congreditur. Obiciens ei eandem formam · eandemque naturam · mortalitatis quidem nostrae participem · sed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac nativitate est · quod de omnibus legitur: « Nemo mundus a sorde · nec infans unius diei · si sit vita eius super terram. » Nihil in istam singularem nativitatem de carnis concupiscentia transiit · nihil de peccati lege manavit. Regia igitur virgo Davidicae stirpis eligitur · quae sacro gravidanda fetu · divinam humanamque prolem prius conciperet mente · quam corpore. Et ne superni ignara consilii · inusitatos paveret effectus · quod in ea operandum erat a Spiritu Sancto · collouquio discit angelico. Nec damnus credit pudoris, Dei Genitrix mox futura. Cur enim de conceptionis novitate desperet · cum efficiencia de Altissimi virtute promittitur? Confirmatur credentis fides · etiam praeuentis attestatiōe miraculi. Donaturque Elizabeth inopinata fecunditas · ut qui conceptum dederat sterili · daturus non dubitaretur et virgini. Verbum igitur Dei · Deus, Filius Dei · qui in principio erat apud Deum · per quem facta sunt omnia · et sine quo factum est nihil · propter liberandum hominem ab aeterna morte factus homo · ita se ad susceptionem humilitatis nostrae · sine diminutione maiestatis suae inclinans · ut manens, quod erat · assumensque, quod non erat · veram servi formam ei formae · in qua Deo Patri aequalis, uniret · et tanto foedere naturam utramque consereret · ut nec inferiorem consumeret glorificatio · nec superiorem minueret assumptio. Salva igitur proprietate utriusque substantiae · et in

unam coeúnte persónam · suscípitur a maiestáte humílitas · a virtúte infirmitas · ab æternitáte mortálitas · et ad dependéndum condicióis nostræ débitum · natúra inviolábilis · natúræ est infúsa passíbili. Deus quoque verus · homo verus · in unitátem Dómini temperátur · ut quod nostris remédiis congruébat · unus atque idem Dei homínúmque mediátor · et mori posset ex uno · et resúrgere posset ex áltero. Mérito virgíneæ integritáti nihil corruptióis íntulit partus salutis · quia custódia pudóris · fuit editio veritátis. Talis ergo, dilectíssimi, natívitas décuit Dei virtútem · et Dei sapiéntiam, Christum · qua nobis et humanitáte congrúeret · et divinitáte præcélleret. Nisi enim esset verus Deus · non afférret remédium. Nisi esset homo verus · non præbéret exéplum. Ab exsultántibus ángelis, nascénte Dómino, glória in excélsis Deo cánitur · et pax in terra homínibus bonæ voluntátis nuntiátur. Vident enim cæléstem Ierúsalem ex ómnibus mundi géntibus fabricári. De quo inenarrábili divínæ pietátis ópere · quantum lætári debet humílitas hóminum · cum tantum gáudeat sublímities angelórum? Agámus ergo grátias, dilectíssimi, Deo Patri per Fílium eius in Spírítu Sancto · qui propter multam misericórdiam suam, qua diléxit nos, misértus est nostri · et cum essémus mórtui peccátis · convivificávit nos Christo · ut essémus in ipso nova creatúra · novúmque figméntum! Deponámus ergo véterem hóminem cum áctibus suis · et adépti participatióem generatióis Christi · carnis renuntiémus opéribus! Agnósce, o, Christiáne, dignitátem tuam · et divínæ consors natúræ factus · noli véterem vilitátem dégener conversatióne recidere! Meménto, cuius cápitis · et cuius córporis sis membrum! Reminíscere, quia érutus de potestáte tenebrárum · translátus es in Dei lumen · et regnum! Per baptísmatis sacraméntum · Spírítus Sancti factus es templum. Noli tantum habitatórem pravis de te áctibus effugáre · et diáboli te íterum servitúti subícere · quia prétium tuum sanguis est Christi · quia veritáte te iudicábit · qui misericórdia te redémit · Iesus Christus, Dóminus noster!

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

Responsorium · 3

O, magnum my - sté - ri - um et ad - mi -
 rá - bi - le sa - cra - mén - tum, ut a - ni - má -
 li - a vi - dé - rent Dó - mi - num na - tum, * iacén -
 tem in præ - sé - pi - o! Be - á - ta Vir - go,
 cu - ius ví - sce - ra me - ru - é - runt por - tá - re Dó - mi -
 num Chri - stum. **V.** Dó - mi - ne, au - dí - vi au - dí - tum
 tu - um, et tí - mu - i, con - si - de - rá - vi ó - pe - ra
 tu - a, et ex - pá - vi, in mé - di - o du - um a -
 ni - má - li - um. **Ia - cén - tem.**

Iube, domne, benedícere!

Pro VI. lectione benedictio

V. Ab hoste malígnō deféndat nos sancta Dei Génitrix Virgo!

R. Amen.

Lectio VI.

EXSULTÉMUS in Dómino, dilectíssimi · et spiritali iucunditate lætémur · quia illúxit nobis dies redemptionis novæ · reparationis antiquæ · felicitatis æternæ! Reparátur enim nobis salutis nostræ ánnua revolutióne · sacraméntum ab iníitio promíssum · in fine rédditum · sine fine mansúrum. In quo dignum est nos sursum eréctis córdibus divínium adoráre mystérium · ut quod magno múnere Dei ágitur · magnis Ecclésiæ gáudiis celebrétur. Deus enim omnípotens et clemens · cuius natúra bónitas · cuius volúntas poténtia · cuius opus misericórdia est · statim, ut nos diabólica malignitas · venéno suæ mortificávit invidiæ · prædestináta renovándis mortálibus pietátis suæ remédia · inter ipsa mundi primórdia præsignávit · denúntians serpénti futúrum semen mulieris · quod nóxii cápitis elatióne sua virtúte contéretet · Christum scílícet in carne Deum hominémque significans · qui natus ex Vírgine, violatórem humanæ propáginis · incorrupta nativitate damnáret. Nam quia gloriabátur diábolus hóminem sua fraude decéptum, divinis caruísse munéribus · et immortalitátis dote nudátum · duram mortis subísse senténtiam · seque in malis suis quoddam de prævaricatoris consórtio invenísse solátium · Deum quoque iustæ severitátis, exigénte ratióne erga hóminem, quem in tanto honóre condíderat · antíquam mutásse senténtiam · opus fuit, dilectíssimi, secréta dispensatióne consílii · ut incommutábilis Deus · cuius volúntas non potest sua benignitate privári · primam pietátis suæ dispositióne · sacraménto occultióre compléret · et homo versútia diabólicæ iniquitátis actus in culpam · contra Dei propósitum non períret. Adveniéntibus ergo tempóribus, dilectíssimi · quæ redemptioni hóminum fúerant præstitúta · ingréditur hæc mundi infirma Fílius Dei · de cælesti sede descéndens · et a patérna glória non recédens · novo órđine, nova nativitate generátus. Novo órđine · quia invisibilis in suis · visibilis est factus in nostris. Incomprehensibilis vóluit comprehénderi · ante témpora manens · esse cœpit ex témpore. Universitátis Dóminus · servílem formam, obumbráta maiestátis suæ dignitate, suscepit. Impassibilis

Deus · non dedignátus est homo esse passibilis · et immortalis mortis légibus subiacére. Nova autem nativitate est generátus · quia invioláta virginitas · concupiscéntiam nescívit · sed substántiam ministrávit. Assúmpta est de matre Dómini · natúra, non culpa. Creatá est forma servi · sine condicióne servíli · et novus homo sic contemperátus est véteri · ut et veritátem suscípere generis · et vítiū excluderet vetustátis · verax namque misericórdia Dei · cum ad reparándum genus humánū ineffabíliter ei multa suppéterent · hanc potíssimum consuléndi elégit viam · quæ ad destruéndum opus diáboli · non virtúte uterétur poténtiæ · sed ratióne iustítiæ. Nam supérbia hostis antíqui · non inmérito sibi in omnes hómines ius tyránnicum vindicábat · nec indébito dominátu premébat · quos a mandáto Dei spontáneos in obsequium suæ voluntátis illéxerat. Non itaque iuste amitteret originálem humáni generis servitútem · nisi de eo, quod subégerat, vincerétur. Illúsa est ígitur secúri hostis astútia · qui nativitatē púeri in salutem humáni generis procreáti · non áliter sibi, quam ómnium nascéntium, putávit obnoxiam. Vidit enim vagiéntem atque lacrimántem · vidit panis obvolútum · circumcisióni súbditum · et legális sacrificii oblatiône perfúctum. Agnóvit deinceps sólita increméta puerítiæ · et usque ad viriles annos · de naturalibus non dubitávit augméntis. Sciens autem, quod humánam natúram infecisset venéno · nequáquam crédidit transgressiόνis exsórtem · quem tot documéntis dídicit esse mortálem. Persistit ergo ímprobis prædo · et amárus exáctor · in eum, qui nihil ipsius habébat insúrgere · et dum vitiátæ orígini præiudícium generále persequitur · chirógraphum, cui innitebátur, excídit · ab illo iniquitátis éxigens poenam · in quo nullam répperit culpam. Sólvitur itaque letíferæ pactiόνis male suása conscriptio · fortis ille néctitur vínculis suis · et ligáto mundi príncipe · captivitátis vasa rapiúntur · redit in honórem suum ab antíquis contágiis purgáta natúra. Quisquis ígitur Christiáno nómine pie et fidéliter gloriáris · reconciliatiónis huius grátiam · iusto perpénde iudicio! Tibi enim quondam abiécto · tibi extrúso de paradísi sédibus · tibi per exsília longa moránti · tibi in cínere et púlverem dissolúto · cui iam non erat spes ulla vivéndi · per incarnatióem Verbi potéstas data est · ut de longínquo ad tuum revertáris auctórem · recognóscas Paréntem · liber efficiáris ex servo · de extráneo proveháris in filium · ut qui ex corruptíbili carne natus es · ex Dei Spírítu renascáris · et obtíneas per grátiam · quod non habes per natúram. Habéntes

ergo tantæ spei fidúciã, dilectíssimi · in fide, qua fundáti estis, stábi-
les permanéte · ne idem ille tentátor · cuius iam a nobis dominatióem
Christus exclúsit · aliquibus nos íterum sedúcat insídiis · et hæc ipsa
præséntis diéi gáudia · falláciæ suæ arte corrúpat · illúdens simplici-
óribus ánimis · de quorúndam pestífera persuasióne · quibus hæc dies
sollemnitátis nostræ · non tam de nativité Christi · quam de novi, ut
dicunt, solis ortu · vidétur honorábilis · quorum corda vastis ténebris
obvolúta · ab omni increméto veræ lucis aliéna sunt! Trahúntur enim
adhuc stultíssimis gentilitátis erróribus · et mínistra mundi luminária ·
divíno honóre venerántur. Absit enim ab ánimis Christiánis · ímpia
superstítio · prodigiosúmque mendácium! Ultra enim omnem modum
distant · a sempitérno temporália · ab incorpóreo corpórea · a domina-
tóre subiécta. Quæ etsi mirábilem habent pulchritúdinem · adorándam
tamen non habent deitátem. Illa ergo virtus · illa sapiéntia · illa est ad-
oránda sola maiéstas · quæ universitátem mundi creávit ex níhilo · et
in quas vóluit formas atque mensúras · terrénam cælestémque sub-
stántiam omnipoténti ratióne prodúxit. Sol · luna · et sídera · sint cóm-
moda uténtibus · sint speciósa cernéntibus · sed ita, ut de illis grátia
referántur auctóri · et adorétur Deus, qui hæc cóndidit · non creatúra,
quæ servit. Laudáte ígitur Dóminum, dilectíssimi · in ómnibus opéri-
bus eius atque iudíciis! Sit in vobis indubitáta credúlitas · virgíneæ
integritátis · et reformatiósni humánæ divínium mystérium · sincéro
honoráte servítio! Amplectímíni Christum, in nostra carne nascéntem ·
ut eum vidére mereámini Deum glóriæ, in sua maiestáte regnántem ·
cum Deo Patre et Spírítu Sancto!

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

Responsorium · 7

Be - á - ta De - i Gé - ni - trix, Ma - rí - a, cu - ius
ví - sce - ra in - tá - cta pér - ma - nent, * hó - di -

IN NATIVITATE DOMINI



e gé - nu - it Sal - va - tó - rem sáe - cu - li.



V. A - ve, Ma - rí - a, grá - ti - a ple - na, Dó -



mi - nus te - cum. **Hó** - di - e. **Gló** - ri -



a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i



San - cto. **Hó** - di - e.

Ad tertium nocturnum

Antiphona · 6f (β)



I - pse in - vo - cá - vit me, * al - le - lú - ia, Pa - ter me - us



es tu, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 88.

MISERICÓRDIAS **Dómini** *
in *ætérrnum cantábo*.

In generatiómem et generatiómem *
annuntiábo veritátem tuam in *ore meo*;

Quóniam dixísti: In *ætérrnum misericórdia* ædificábitur in **cælis**, *
præparábitur *véritas tua in eis*.

Dispósui testaméntum eléctis meis, †
iurávi **David**, **servo meo**: *

Usque in *ætérrnum* præparábo *semen tuum*;

Et ædificábo in generatiómem et generatiómem *
(!) *sedem tuam*.

Confitebúntur cæli mirabília **tua**, **Dómine**, *
étenim veritátem tuam in *ecclésia sanctórum*;

Quóniam quis in *núbibus æquábitur Dómino*, *
símilis erit Deo in *fíliis Dei*.

Deus, qui glorificátur in *consílio sanctórum*, *
magnus et terríbilis super omnes, qui in *circúitu eius* sunt.

Dómine Deus virtútum, quis *símilis tibi*? *
Potens es, **Dómine**, et *véritas tua in circúitu tuo*.

Tu domináris potestáti **maris**, *
motum autem *flúctuum eius tu míti*gas.

Tu humiliásti sicut *vulnerátum supérbum*, *
in bráchio virtútis tuæ dispersísti *inimicos tuos*.

Tui sunt cæli et tua est terra, †
orbem terræ et plenitúdinem eius **tu fundásti**, *
Aquilónem et mare tu creásti.

Thabor et Hermon in *nómine tuo* **exsultábunt**, *
tuum bráchium *cum poténtia*.

Firmétur manus tua et exaltétur **déxtera tua**, *
iustítia et iudícium præparatio sedis tuæ!

Misericórdia et *véritas præcédent fáciem tuam*, *
beátus *pópulus*, qui scit *iubilatiómem*.

Dómine, in *lúmine vultus tui ambulábunt*, †
et in *nómine tuo exsultábunt tota die*, *
et in *iustítia tua exaltabúntur*;

- Q**uóniam glória virtútis eórum **tu** es, *
 et in beneplácito tuo exaltábitur *cornu nostrum*;
- Q**uia Dómini est **assúptio nostra**, *
 et sancti Israel, *regis nostri*.
- T**unc locútus es in visióne sanctis tuis et dixisti: †
 Pósui adiutórium **in potén**te, *
 et exaltávi eléctum de *plebe mea*.
- I**nvéni David, **servum meum**, *
 óleo sancto meo *unxi eum*.
- M**anus enim mea auxiliábitur **ei**, *
 et bráchium meum confortábit **eum**.
- N**ihil profíciet inimícus in **eo**, *
 et filius iniquitátis non appónet *nocére ei*;
- E**t concídam a fácie ipsíus inimícos **eius**, *
 et odiéntes eum in *fugam convértam*;
- E**t véritas mea et misericórdia **mea** cum **ipso**, *
 et in nómine meo exaltábitur *cornu eius*;
- E**t ponam in mari **manum eius**, *
 et in flumínibus *déxteram eius*.
- I**ipse invocábit me: Pater **meus es tu**, *
 Deus meus et suscéptor *salútis meæ*;
- E**t ego primogénitum **ponam illum**, *
 excélsam præ *régibus terræ*.
- I**n atérnum servábo illi misericórdiam **meam**, *
 et testaméntum meum *fidéle ipsi*;
- E**t ponam in sáeculum sáeculi **semen eius**, *
 et thronum eius sicut *dies cæli*.
- S**i autem derelíquerint filii eius **legem meam**, *
 et in iudíciis meis non *ambuláverint*;
- S**i iustítias meas **profanáverint**, *
 et mandáta mea non *custodierint*;
- V**isitábo in virga iniquitátes eórum, *
 et in verbéribus *peccáta eórum*.
- M**isericórdiam autem meam non dispérgam ab **eo**, *
 neque nocébo in *veritáte mea*;
- N**eque profanábo testaméntum **meum**, *
 et quæ procédunt de lábiis meis, non *fáciam írrita*.

Semel iurávi in sancto meo: Si **David méntiar**, *
 semen eius in *ætérum manébit*;
Et thronus eius sicut sol in conspéctu meo, †
 et sicut luna perfécta **in ætérum**, *
 et testis in *cælo fidélis*.
Tu vero repulisti et **despexísti**, *
 distulísti *christum tuum*.
Evertísti testaméntum **servi tui**, *
 profanásti in terra sanctuárium eius.
Destruxísti omnes **sepes eius**, *
 posuísti firmaméntum eius *formídinem*.
Diripuérunt eum omnes transeúntes **viam**, *
 factus est oppróbrium *vicínis suis*.
Exaltásti déxteram depriméntium eum, *
 lætificásti omnes *inimícos eius*.
Avertísti adiutórium **gládii eius**, *
 et non es auxiliátus ei *in bello*.
Destruxísti eum ab emundatióne, *
 et sedem eius in terram *collisísti*.
Minorásti dies **témporis eius**, *
 perfudísti eum *confusióne*.
Usquequo, Dómine, **avértis in finem**, *
 exardéscet sicut ignis *ira tua*?
Memoráre, quæ **mea substántia!** *
 Numquid enim vane constituísti omnes *filios hóminum*?
Quis est homo, qui vivet et non **vidébit mortem**, *
 éruet ánimam suam de *manu inferi*?
Ubi sunt misericórdiæ tuæ **antíquæ, Dómine**, *
 sicut iurásti David in *veritate tua*?
Memor esto, Dómine, oppróbrii **servórum tuórum**, *
 quod contínui in sinu meo, *multárum géntium*;
Quod exprobravérunt inimíci **tui, Dómine**, *
 quod exprobravérunt commutatióne *christi tui!*
Benedíctus Dóminus **in ætérum**, *
 (!) *fiat, fiat!*

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona



I - pse in - vo - cá - vit me, al - le - lú - ia, Pa - ter me - us
es tu, al - le - lú - ia.

Antiphona · 4e



Læ - tén - tur cæ - li, * et ex - súl - tet ter - ra an - te fá - ci - em
Dó - mi - ni, quó - ni - am ve - nit! E u o u a e.

Psalmus 95.

CANTÁTE Dómino cánticum **novum**, *
cantáte Dómino, **omnis terra**!

Cantáte Dómino et benedicíte nómini eius, *
annuntiáte de die in diem **salutáre** eius!

Annuntiáte inter gentes glóriam eius, *
in ómnibus pópulis **mirábilia** eius;

Quóniam magnus Dóminus et **laudábilis nimis**, *
terríbilis est *super omnes* **deos**;

Quóniam omnes dii **géntium dæmónia**, *
Dóminus *autem* **cælos** **fecit**.

Confessio et pulchritúdo in **conspéctu** eius, *
sanctimónia et magnificéntia in **sanctificatióne** eius.


Afférte Dómino, pátriæ géntium, †
 afférte Dómino glóriam *et honórem*, *
 afférte Dómino glóriam *nómini eius*!
Tóllite hóstias et introíte in átria **eius**, *
 adoráte Dóminum in átrio *sancto eius*!
Commoveátur a fácie eius **univérsa terra**, *
 dícite in géntibus, quia Dóminus *regnávit*!
Etenim corréxit orbem terræ, qui non *commovébitur*, *
 iudicábit pópulos *in æquitáte*.
Læténtur cæli et exsúltet terra, †
 commoveátur mare et plenitúdo **eius**, *
 gaudébunt campi et ómnia, *quæ in eis sunt*!
Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, *quia venit*, *
 quóniam venit iudicáre **terram**.
Iudicábit orbem terræ in *æquitáte*, *
 et pópulos in *veritáte sua*.
Glória Patri *et Fílio* *
 et *Spirítui Sancto*!
Sicut erat in princípío et *nunc et semper* *
 et in *sæcula sæculórum*! Amen.

Antiphona



Læ-tén-tur cæ-li, et ex-súl-tet ter-ra an-te fá-ci-em
 Dó-mi-ni, quó-ni-am ve-nit!

Antiphona · 6f (β)



No-tum fe-cit Dó-mi-nus, * al-le-lú-ia, sa-lu-tá-re



su - um, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 97.

CANTÁTE Dómino **cánticum novum**, *
quia **mirabilia fecit!**

Salvavit sibi dextera eius *
et bráchium *sanctum* eius.

Notum fecit Dóminus salutare suum, *
in conspéctu géntium revelávit **iustítiam suam**.

Recordátus est misericórdiæ suæ, *
et veritátis suæ **dómuí Israel**.

Vidérunt omnes términi terræ *
salutare *Dei nostri*.

Iubiláte Deo, omnis terra, *
cantáte et exsultáte *et psállite!*

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et **voce psalmi**, *
in tubis ductílibus et voce *tubæ córneæ!*

Iubiláte in conspéctu regis Dómini, †
moveátur mare et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui *hábitant in eo!*

Flúmina plaudent manu, †
simul montes exsultábunt a conspéctu **Dómini**, *
quóniam venit **iudicáre terram**.

Iudicábit orbem terrárum in iustítia, *
et pópulos in *æquitáte*.

Glória Patri et Fílio *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípío et nunc et semper *
et in *sæcula sæculórum! Amen*.

Antiphona



No - tum fe - cit Dó - mi - nus, al - le - lú - ia, sa - lu - tá - re



su-um, al - le - lú - ia.

Versiculus

V. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

R. Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem!

R. Sed líbera nos a malo!

Ante homeliam dicatur

EXÁUDI, Dómine Iesu Christe, preces servórum tuórum ad te devóte clamántium, et miserére nobis! Qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Iube, domne, benedícere!

Pro VII. lectione benedictio

V. Sancti evangéllii léctio sit nobis salus et protéctio!

R. Amen.

Sequéntia sancti evangéllii secúndum Lucam.

Secundum Lucam

IN illo témpore. Exiit edíctum a Césare Augústo · ut describerétur univérsus orbis. Et réliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio VII.

QUIA largiénte Dómino · missárum sollémnia ter hódie celebratúri sumus · loqui diu de evangélica lectione non póssumus. Sed nos áliquíd vel breviter dícere · Redemptóris nostri natívitatis ipsa compéllit. Quid est, quod nascitúro Dómino mundus describitur · nisi hoc, quod apérte monstrátur · quia ille apparébat in carne · qui eléctos suos ascriberet in aeternitate? Cui contra de réprobis per prophétam dicitur: « Deleántur de libro vivéntium · et cum iustis non scribántur! » Qui bene étiam in Béthlehem nascitur. Béthlehem quippe domus panis interpretátur. Ipse est namque, qui ait: « Ego sum panis vivus · qui de cælo de-


scéndi. » Locus ergo, in quo Dóminus nascitur · domus panis ante vocátus est · quia futúrum profécto erat · ut ille ibi per matériam carnis appareret · qui electórum mentes intérna satietáte reficeret. Qui non in paréntum domo · sed in via nascitur · ut profécto osténderet · quia per humanitátem, quam assúmpserat · quasi in aliéno nascebátur. Aliénum vidélicet non secúndum divínam potestátem dico · sed secúndum natúrám. Nam de potestáte eius scriptum est: « In própria venit. » In natúra étenim sua · ante témpora natus est · in nostra venit ex témpore. Qui ergo aetérnus pérmanens · temporális apparuit · aliénum est, in quo descéndit. Et quia per prophétam dicitur · « omnis caro fenum » · factus Deus homo, fenum nostrum vertit in fruméntum · qui de semet-ípsy ait: « Nisi granum fruménti, cadens in terram, mórtuum fúerit · ipsum solum manet. » Unde et natus in præsépio reclínátur · ut fidéles omnes, vidélicet sancta animália · carnis suæ fruménto reficeret · ne ab aetérnæ legis pábulo ieiúna remanérent. Quid est, quod vigilántibus pastóribus ángelus appáret · eósque Dei circumfúlget cláritas · nisi quod illi præ céteris vidére sublímia meréntur · qui fidélibus grégibus præesse sciunt? Dumque ipsi pie super gregem vígilant · divína super eos grátia · lárgius corúscat. Regem vero natum ángelus núntiat · eiúsque voci angelórum chori cóncinunt · et congaudéntes clamant: « Glória in excélsis Deo · et in terra pax homínibus bonæ voluntátis! » Prius quippe, quam Redémptor noster per carnem nascerétur · discórdiam cum ángelis habúimus · a quorum claritáte atque mundítia · per primæ culpæ méritum · per cottidiána delícta · longe distabámus. Quia enim peccándo extránei erámus a Deo · extráneos nos a suo consórtio deputábant ángeli, cives Dei. Sed quia nos recognóvimus regem nostrum · recognovérunt nos ángeli cives suos. Quia enim rex cæli terram nostræ carnis assúmpsit · infirmitátem nostram illa iam angélica celsitúdo non déspicit. Ad pacem nostram ángeli rédeunt · intentióne prióris discórdiæ postpónunt. Et quos prius infirmos abiectósque despéxerant · iam sócios venerántur. Hinc est enim, quod Loth et Iósue ángelos adórant · nec tamen adoráre prohibéntur. Ioánnes vero in Apocalýpsi adoráre ángelum vóluit · sed tamen idem hunc ángelus, ne se débeat adoráre · compéscuit, dicens: « Vide, ne féceris · consérvus enim tuus sum · et fratrum tuórum! » Quid est, quod ante Redemptóris advéntum · ángeli ab homínibus adorántur, et tacent · póstmodum vero adorári refúgiunt · nisi quod natúrám nostram · quam prius

despéxerant · postquam hanc super se assúptam conspíciunt · prostrátam sibi vidére pertiméscunt? Nec iam sub se velut infírmam contémnere ausi sunt · quam super se vident in cælis regnáre. Nec habére dedignántur hóminem sócium · qui super se adórant hóminem Deum. Curémus ergo, fratres caríssimi · ne qua nos immundítia pólluat · qui in aetérna præsciéntia · et ángelis eius æquáles sumus! Vindicémus móribus dignitátem nostram! Nulla nos luxúria ínquinet · nulla turpis cogitátio accúset! Non malítia mentem mórdeat · non invidiæ rubígo consúmat! Non elátio inflet · non ambítio per terréna oblectaménta dilániet · non ira inflámmet! Dii étenim vocáti sunt hómines. Defénde ergo tibi, homo, contra vítia honórem Dei · quia propter te factus est Deus homo!


V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias!

Responsorium · 2



San-cta et im-ma-cu-lá - ta vir - gí - ni - tas,
 qui - bus te láu - di - bus ré - fe - ram, né -
 sci - o, * qui - a quem cæ - li cá - pe - re non pót - e -
 rant, tu - o gré - mi - o con - tu - lí - sti. **V.** Be - ne -
 dí - cta tu in mu - li - é - ri - bus, et be - ne - dí -



Iube, domne, benedícere!

Pro VIII. lectione benedictio

V. Intelléctum sancti evangélii adapériat nobis grátia et virtus Spíritus Sancti! **R.** Amen.

Sequéntia sancti evangélii secúndum Lucam.

Secundum Lucam

In illo témpore. Pastóres loquebántur adínvicem: « Transeámus us- que Béthlehem · et videámus hoc verbum, quod factum est · quod Dóminus osténdit nobis! » Et réliqua.

Homélia Venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VIII.

NATO in Béthlehem Dómino Salvatóre · sicut sacra evangélii testá- tur história · pastóribus, qui in regióne eádem erant vigilántes vigilias super gregem suum · ángelus Dómini magna cum luce appá- ruit · exortúmque mundo solem iustítiae · non solum cæléstis voce ser- mónis · verum étiam claritáte divínæ lucis astrúxit. Nusquam enim in tota véteris testaménti série reppérimus ángelos · qui tam sédulo appa- ruére pátribus, cum luce apparuisse · sed hoc privilégium recte ho- diérno témpori servátum est · quando « exórtum est in ténebris lumen rectis corde · miséricors et miserátor Dóminus ». Verum ne parva uní- us ángeli viderétur auctóritas · postquam unus sacraméntum novæ nativitatís edócuit · statim multitúdo cæléstium ágminum, quæ glóri- am Deo cáneret · pacémque simul homínibus prædicáret, áffuit · apérte demónstrans · quia per hanc novitátem · hómines ad pacem uníus fí- dei essent converténdi. Signíficant autem mirífice pastóres isti gregum · doctóres quosque atque rectóres fidélium animárum. Nox, cuius vigí- lias custodiébant super gregem suum · perícula tentatiónum índicat · a quibus se suósque subiéctos · omnes, qui perfécte vígilant · custodíre non desístunt. Pastóres autem illi · felíci gáudio festinárunnt · vidére, quod audierant · et quia ardénti amóre quæsiérunt · contínuo inveníre meruérunnt. Sed et intellectuálium pastóres gregum · qua mentis indú-

stria Christum quærere debeant · dictis páriter suis ostendérunt et factis. Transeámus ergo et nos, fratres caríssimi · abiéctis concupiscéntiis carnálibus · toto mentis desidério · usque Béthlehem, civitátem David · id est domum panis vivi · non manu factam · sed ætérnam in cælis · et recolámus amándo · atque dignis honóribus eius incarnatiónem celebrémus · et pervígili cura procurémus · ut quem illi in præsepío vidére vagiéntem · nos in Patris sólio mereámur vidére regnántem! *Videámus* – ínquiunt – *hoc verbum*, quod incarnári fecit Dóminus · et per hoc visibile nobis exhibuit · festinántes autem invenérunt Deum, hóminem natum simul · et eiúsdem nativitátis minístros. Festinémus et nos, fratres mei · non pássibus pedum · sed bonórum proféctibus óperum · vidére eándem glorificátam humanitátem · in divína Patris ac sua maiestáte fulgéntem! Nam tanta beatitúdo non cum desidía ac torpóre est quærénda · sed alácrité sunt Christi sequénda vestígia. Nam ipse cursum nostrum · data manu, iuváre desidérat · delectatúrque a nobis audíre: « Trahe me post te · currémus in odórem unguentórum tuórum! » Festinémus, fratres, ea, quæ dicta sunt de Salvatóre nostro · Deo vero et hómine · intérna, pia fide percípere · plena dilectiône amplécti · ut hæc in futúro perféctæ cognitiónis visu · comprehéndere valeámus! Non autem celavére siléntio pastóres · arcána, quæ divínitus agnóverant · sed quibuscúmque potuére, dicébant · quia et spiritáles Ecclésiæ pastóres · in hoc máxime sunt ordináti · ut verbi Dei mystéria prædicent · et mira, quæ in Scriptúris didicerint · miránda suis audítóribus osténdant. Non solum pastóres epíscopi · presbýteri · et diácones · vel étiam rectóres monasteriórum · sunt intelligéndi · sed et omnes fidéles, qui vel párvulæ domus suæ custódiam gerunt · pastóres recte vocántur · et spiritálem pascunt gregem · si subiéctos iusto moderámine gubernáre · et cælestibus scripturárum páscuis nutrírre · et pervígili sollértia contra immundórum spirítuum insídias · conténdunt serváre. María vero virginális pudicitíæ iura custódiens · secréta Christi, quæ nóverat · némini divulgáre volébat · sed ipsum hæc quando vellet · divulgáre reverénter expectábat. Ipsa autem éadem secréta ore tácito · vígili tamen corde scrutabátur · et hoc est, quod ait · *cónferens in corde suo*. Conferébat quippe ea, quæ acta vidébat · his, quæ agénda légerat. In prophéta etenim légerat: « Exiet virga de radíce Iesse · et Nazaræus de radíce eius ascéndet · et requiescet super eum Spíritus Dómini. » Vidébat se de stirpe David ortam · in Náza-reth

de Spíritu Sancto fílium concepísse. Légerat enim: « Et tu, Bétlehem Ephrata, párvule es in mílibus Iuda · ex te mihi egrediétur, qui sit dominátor Israel · et egressus eius ab inítio a diébus æternitátis. » Vidébat se in Bétlehem peperísse dominatórem Israel · qui ætérnus a Patre Deus ante sácula natus est. Légerat in prophétis: « Ecce, virgo concípiet · et páriet fílium · et vocábitur nomen eius Emmánuel. » Vidébat se vírginem concepísse et peperísse fílium · et vocásse nomen eius Iesum. Légerat enim: « Et tu, turris nebulósa gregis · fíliæ Sion usque ad te vénient · et véniet potéstas prima, regnum fíliæ Ierúsalem. » Audiébat angélicas virtútes · quæ sunt fíliæ supérnæ civitátis · apparúisse pastóribus in loco, qui a convéntu pécorum antíquitus turris gregis vocabátur · et est uno milliáριο ab oriénte Bétlehem · ubi étiam nunc tria pastórum illórum monuménta · in ecclésia monstrántur. Nóverat tunc venísse in carne Dóminum · cui una et ætérna est cum Patre potéstas · qui regnum daret Ecclésiæ · fíliæ scílicet cæléstis Ierúsalem. Conferébat ergo María ea, quæ fiénda légerat · cum his, quæ iam facta cognóvit · non hæc tamen ore promens · sed clauso servans in corde. Nos ergo, fratres caríssimi · ad contemplatióem domínicæ dispensatiónis · qua nobis pie subveníre dignátus est · ánimum transferámus · et ad agéndas beneficiis eius grátias · revertámur! Pro quibus síngulis glorificémus et laudémus ipsum · et Dóminum nostrum Iesum Christum · qui vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus · per ómnia sácula sæculórum! Amen.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

Responsorium · 7

Be - á - ta ví - sce - ra Ma - rí - æ Vír - gi -
nis, quæ por - ta - vé - runt æ - tér - ni Pa -



tris Fí - li - um, et be - á - ta ú - be - ra,
 quæ la - cta - vé - runt Christum Dó - mi - num, * qui - a hó -
 di - e pro sa - lú - te mun - di de Vír - gi - ne
 na - sci di - gná - tus est. **V.** Di - es
 san - cti - fi - cá - tus il - lú - xit no - bis, ve - ní - te,
 gen - tes, et ad - o - rá - te Dó - mi - num!

Qui - a hó - di - e.

Iube, domne, benedícere!

Pro IX. lectione benedictio

V. Per evangélica dicta deleántur nostra delícta!

R. Amen.

Sequéntia sancti evangéllii secúndum Ioannem.

Secundum Ioannem

IN princípío erat Verbum. Et Verbum erat apud Deum · et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt · et sine ipso factum est nihil. Et réliqua.

Homéllia Venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio IX.

QUIA temporálem mediatóris Dei et hóminis, Iesu Christi nativítatem · sanctorum evangelistarum verbis, Matthæi vidélicet et Lucæ, manifestátam cognóvimus · libet étiam de Verbi, id est divinitátis eius æternitáte, in qua Patri manet semper æquális · beáti Ioánnis evangelistæ dicta scrutári · qui singuláris privilégio mérui castitátis · ut céteris áltius divinitátis ipsíus cáperet · simul et patefáceret arcánium. Neque enim frustra in cena supra pectus Dómini Iesu recubísse perhibétur · sed per hoc týpice docétur · quia cæléstis haustum sapiéntiæ · céteris excellentius · de sanctíssimo eíusdem pectoris fonte potáverit. Unde et mérito in figúra quáttuor animálium áquilæ volánti comparátur · cunctis quippe ávibus áquila célsius voláre · cunctísque animántibus clárius solis rádiis infígere consuévit obtútus. Et céteri evangelistæ quasi in terra cum Dómino ámbulant · qui temporálem eius generatiónem · páriter et temporália facta sufficiénte exponétes · pauca de divinitáte dixerunt. Hic autem quasi ad cælum volat cum Dómino · qui pauca de temporálibus eius actis edísserens · ætérrnam divinitátis eius poténtiam · per quam ómnia facta sunt · sublímius mente volándo · et limpídius speculándo cognóvit · ac nobis cognoscéndam scribéndó tradídit. Ergo evangelistæ álii · Christum ex témpore natum describunt · Ioánnes eúndem in princípío fúisse testátur, dicens: *In princípío erat Verbum*. Alii inter hómines eum súbito apparúisse commemorant · ipsum ille apud Deum fúisse declárat, dicens: *Et Verbum erat apud Deum*. Alii hóminem eum apud hómines temporáliter conversátum · ille Deum apud Deum in princípío manéntem osténdit, dicens: *Hoc erat in princípío apud Deum*. Alii magnália, quæ in hómine gessit, pérhibent · ille, quod omnem creatúram visibilem et invisibilem per ipsum Deus Pater fécerit, docet, dicens: *Omnia per ipsum facta sunt · et sine ipso factum est nihil*. Et mire in inítio evangéllii sui · de divinitáte

Salvatoris · et fidem recte credentium sublímiter ímbuit · et hæreticórum perfídiam poténter exsúperat. Hæreticos namque, qui dixerunt · erat tempus, quando non erat · redárguit primo sermóne, cum ait: *In princípío erat Verbum*. Porro illórum errórem, qui tres sanctæ Trinitátis persónas negántes, dicébant · idem Deus, quando vult, Pater est · quando vult, Fílius est · quando vult, Spíritus Sanctus est · ipse tamen unus est · déstruit, cum subiúngit: *Et Verbum erat apud Deum*. Si enim álius apud álium erat · duo sunt profécto Pater et Fílius · et non unus · ipse modo Pater · modo Fílius · modo étiam Spíritus Sanctus. Item fuére quidam pravi dógmatis auctóres, qui Christum hóminem tantum confiténtes · Deum prorsus esse non credidérunt. Quos consequénter opprimit, cum ait: *Et Deus erat Verbum*. Fuére álii, qui Deum quidem illum, sed ex témpore incarnatiónis factum · non autem ætérnum ante sácula putant. Et horum nefándam reféllit senténtiam · cum ait: *Hoc erat in princípío apud Deum*. Iterum fuére veritátis inimíci · qui Christum ante partum Vírginis non negárent · non tamen natum ex Patre Deum, sed factum · et ídeo minórem Patre · quia creatúram créderent. Etiam hos damnat evangelísta, qui dicit: *Omnia per ipsum facta sunt · et sine ipso factum est nihil*. Si enim nihil creaturárum sine ipso factum est · patet profécto, quia ipse creatúra non est · per quem omnis creatúra facta est. Et ne quis créderet mutábilem Dei voluntátem · quasi qui súbito vellet fácere creatúra · quam ab ætérno numquam ante fecisset · manifeste docet evangelísta · factam quidem in témpore creatúra · sed in ætérna creatóris sapiéntia · quando et qualis crearétur · semper fuisse dispósitum. Et hoc est, quod ait: *Quod factum est, in ipso vita erat*. Idem, quod factum in témpore · sive vivum, sive vita carens apparuit · omne hoc in spiritali factóris ratióne quasi semper víxerat et vivit. Non quia coætérnum est creatóri, quod creávit · sed quia coætérna est illi ratió voluntátis suæ · in qua ab ætérno hábuit et habet · quid et quando creáret · quáliter creáta gubérnet, ut máneant · ad quem finem síngula, quæ creávit, perdúcat. Considerémus, fratres caríssimi · quanta sit grátia Redemptóris nostri! Unicus ex Patre natus est · et nóluit remanére unus. Descéndit ad terram · ubi fratres sibi, quibus regnum Patris sui dare posset, acquireret. Considerémus, quanta virtus est fidei · cuius mérito potéstas datur homínibus fílios Dei fieri! Curámus ergo, fratres · ut qui erámus longe · mereámur fieri prope in ságuine Christi! Opórtet ergo, fratres caríssimi · ut qui humanam

Redemptóris nostri nativitatē · hódie ánnua devotióne recólimus · et divínam páriter et humánam eius natúram · non ánnuo, sed contínuo semper amplectámur amóre. Divínam · per quam creati sumus · cum non essémus · humánam · per quam recreati sumus, cum pérditi es-sémus. Ipsum ígitur suppliciter deprecémur · ut post bonórum perfecti-ónem óperum · ad vidéndam glóriam suæ humanitátis nos perdú-cat · et incommutábilem esséntiam suæ divínæ maiestátis nobis ostén-dat · in qua vivit et regnat cum Patre · in unitáte Spíritus Sancti, Deus · per ómnia sáecula sæculórum! Amen.

V. Tu autem, Dómine, miserere nobis!

R. Deo grátias.

Responsorium · 8

Ver-bum ca-ro factum est, et ha-bi-tá-bit
in no-bis, *cu-ius gló-ri-am ví-di-
mus, qua-si U-ni-gé-ni-ti-a Pa-tre,
** ple-num grá-ti-a et ve-ri-
tá-te. **V.** Pu-er na-tus est no-bis, et fí-
li-us da-tus est no-bis. **C**uius.



V. In prin - cí - pi - o e - rat Verbum, et Verbum e - rat



a - pud De - um, et De - us e - rat Verbum.



Cu-ius. **Gló**-ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi-



rí - tu - i San - cto, sic - ut e - rat in prin - cí - pi - o



et nunc et sem - per et in sæ - cu - la sæ - cu - ló -



rum! A - men. **P**lenum grá - ti - a.

Evangelium



V. Dó - mi - nus vo - bís - cum!



R. Et cum Spí - ri - tu tu - o!



V. In - í - ti - um san - cti e - van - gé - li - i



se - cún - dum Mat - thæ - um.



R. Gló - ri - a ti - bi, Dó - mi - ne!



Li - ber ge - ne - ra - ti - ó - nis Ie - su Chri - sti, ff -



lii Da - vid, fí - li - i A - bra - ham. A - bra - ham



gé - nu - it I - sa - ac, I - sa - ac au - tem gé - nu - it



Ia - cob, Ia - cob au - tem gé - nu - it Iu - dam



et fra - tres e - ius. Iu - das au - tem gé - nu - it Pha - res



et Za - ram de Tha - mar. Pha - res au - tem gé - nu - it

Es-rom, Es-rom au-tem gé - nu - it A - ram, A - ram

au-tem gé - nu - it A - mí - na - dab. A - mí - na - dab

au-tem gé - nu - it Ná - as - son. Ná - as - son au - tem

gé - nu - it Sal-mon, Sal-mon au-tem gé - nu - it Booz

de Ra - chab, Booz au - tem gé - nu - it Io - bed

ex Ruth. Io - bed au - tem gé - nu - it Ies - se.

Ies-se au - tem gé - nu - it Da - vid re-gem, Da-vid

au-tem rex gé - nu - it Sa - lo - mó-nem ex e - a,


quæ fu-it U - rí - æ. Sá - lo-mon au - tem gé - nu - it

IN NATIVITATE DOMINI

Ró - bo - am, Ró - bo - am au - tem gé - nu - it A - bi - am,
 A - bi - as au - tem gé - nu - it A - saph. A - saph
 au - tem gé - nu - it Ió - sa - phat. Ió - sa - phat au - tem
 gé - nu - it Io - ram, Io - ram au - tem gé - nu - it O - zí - am,
 O - zí - as au - tem gé - nu - it Ió - a - tham.
 Ió - a - tham au - tem gé - nu - it A - chaz. A - chaz au - tem
 gé - nu - it E - ze - chí - am, E - ze - chí - as au - tem gé -
 nu - it Ma - nás - sen, Ma - nás - ses au - tem gé - nu - it
 A - mon. A - mon au - tem gé - nu - it Io - sí - am.


Io - sí - as au - tem gé - nu - it Ie - cho - ní - am et fra -
 tres e - ius in transmi - gra - ti - ó - ne Ba - by - ló - nis.
 Et post transmigra - ti - ó - nem Ba - by - ló - nis Ie - cho -
 ní - as gé - nu - it Sa - lá - thi - el, Sa - lá - thi - el
 au - tem gé - nu - it Zo - ró - ba - bel. Zo - ró - ba - bel
 au - tem gé - nu - it A - bi - ud, A - bi - ud autem gé -
 nu - it E - lí - a - chim, E - lí - a - chim autem gé -
 nu - it A - zor. A - zor au - tem gé - nu - it Sad - doc.
 Saddoc au - tem gé - nu - it A - chim, A - chim autem gé -

IN NATIVITATE DOMINI



nu - it E - li - ud, E - li - ud au-tem gé - nu - it
 E - le - á - zar. E - le - á - zar au - tem gé - nu - it
 Matthan, Matthan autem gé - nu - it Ia - cob, Ia - cob
 au-tem gé - nu - it Io-seph, vi - rum Ma - rí - æ,
 de qua na - tus est Ie - sus, qui vo - cá - tur Chri - stus.

Hymnus sanctorum Ambrosii et Augustini



Te De - um lau - dá - mus, * te Dó - mi-num con - fi - té - mur.
Te æ - tér-num Pa - trem o-mnis ter - ra ve - ne - rá - tur.
Ti - bi omnes An - ge - li, ti - bi Cæ - li et u - ni - vér - sæ
 Pot - e - stá - tes; **T**i - bi Ché - ru - bim et Sé - ra - phim in - ces -

TE DEUM

75

sá - bi - li vo - ce pro - clá - mant: **S**an - ctus, san - ctus,
 san - ctus Dó - mi - nus De - us Sá - ba - oth. **P**le - ni sunt cæ - li
 et ter - ra ma - ie - stá - tis gló - ri - æ tu - æ. **T**e glo - ri -
 ó - sus A - po - sto - ló - rum cho - rus; **T**e Pro - phe - tá - rum
 lau - dá - bi - lis nú - me - rus; **T**e Már - ty - rum can - di - dá - tus
 lau - dat ex - ér - ci - tus; **T**e per or - bem ter - rá - rum san - cta
 con - fi - té - tur Ec - clé - si - a; **P**a - trem immén - sæ ma -
 ie - stá - tis; **V**e - ne - rá - ndum tu - um ve - rum et ú - ni - cum
 Fí - li - um; **S**an - ctum quoque Pa - rá - cli - tum Spí - ri - tum.

IN NATIVITATE DOMINI

Tu, rex gló - ri - æ, Chri - ste; **Tu** Pa - tris sempí - tēr - nus
 es Fí - li - us. **Tu** ad li - be - rán - dum sus - ce - ptú - rus
 hó - mi - nem non hor - ru - í - sti Ví - r - gi - nis ú - te - rum.
Tu de - ví - cto mor - tis a - cú - le - o a - pe - ru - í - sti
 credén - ti - bus re - gna cæ - ló - rum. **Tu** ad délix - te - ram De - i
 se - des in gló - ri - a Pa - tris. **Iu** - dex cré - de - ris
 es - se ven - tú - rus. **Te** er - go quæ - su - mus, tu - is fá - mu - lis
 sú - ve - ni, quos pre - ti - ó - so sán - gui - ne red - e - mí - sti!
Æ - tēr - na fac cum Sanctis tu - is gló - ri - a mu - ne - rá - ri!

TE DEUM

77

Sal-vum fac póp-u-lum tu-um, Dó-mi-ne, et bé-ne-dic
 he-re-di-tá-ti tu-æ; **E**t re-ge e-os, et ex-tól-
 le il-los us-que in æ-tér-num! **P**er sín-gu-los di-es
 be-ne-dí-ci-mus te; **E**t lau-dámus no-men tu-um
 in sæ-cu-lum et in sæ-cu-lum sæ-cu-li. **D**i-gná-re,
 Dó-mi-ne, di-e i-sto si-ne pec-cá-to nos cu-sto-
 dí-re! **M**i-se-ré-re no-stri, Dó-mi-ne, mi-se-ré-re
 no-stri! **F**i-at mi-se-ri-cór-di-a tu-a, Dó-mi-ne,
 su-per nos, quemád-mo-dum spe-rá-vi-mus in te!



In te, Dó-mi - ne, spe - rá - vi, non con-fún-dar in æ-



tér - num. **A** - men.

Versiculus sacerdotalis

V. Notum fecit Dóminus salutáre suum.

R. In conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.

Laudes

Antiphona · 2



Quem vi - dí - stis, pa - stó - res? Dí - ci - te! * An-nun - ti - á - te



no - bis, in ter - ris quis ap - pá - ru - it! Na - tum ví - di - mus



in cho - ro an - ge - ló - rum, Sal - va - tó - rem Dó - minum, al - le -



lú - ia, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 92.

DÓMINUS regnávít, decórem **indú**tus est, *
indútus est Dóminus fortitúdinem et **præcín**xit se.

Etenim firmávit orbem **terræ**, *
 qui non commovébitur.

Paráta sedes tua **ex** tunc, *
 a **sæ**culo **tu** es.

Elevavérunt flúmina, **Dó**mine, *
 elevavérunt flúmina vocem **su**am.

Elevavérunt flúmina fluctus **su**os *
 a vóci**bus** aquárum multárum;

Mirábiles elatiónes **maris**, *
 mirábilis in altis **Dó**minus.

Testimónia tua credibíli**a** facta sunt **nim**is, *
 domum tuam decet sanctitúdo, **Dó**mine, in longitúdinem diérum.

Glória Patri et **Fí**lio *
 et Spirítui **San**cto!

Sicut erat in princípío et nunc et **sem**per *
 et in **sæ**cula **sæ**culórum! Amen.

Antiphona



Quem vi - dí - stis, pa - stó - res? Dí - ci - te! An - nun - ti - á - te



no - bis, in ter - ris quis ap - pá - ru - it! Na - tum ví - di - mus




in cho - ro an - ge - ló - rum, Sal - va - tó - rem Dó - minum, al - le -



lú - ia, al - le - lú - ia.

Antiphona · 2



Gé-nu - it pu - ér - pe - ra regem, * cu - i no - men æ - tér - num,
 et gáu - di - um ma - tris ha - bens cum vir - gi - ni - tá - tis
 ho - nó - re: nec primam sí - mi - lem vi - sa est nec ha -
 bé - re se - quéntem, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 99.

IUBILÁTE Deo, omnis terra, *
 servíte Dómino in lætítia!

Introíte in conspéctu eius *
 in exsultatióne!

Scitóte, quóniam Dóminus ipse est **Deus**, *
 ipse fecit nos, et non ipsi nos!


Pópulus eius et oves páscuæ eius, †
 introíte portas eius in confessióne, *
 átria eius in hymnis, confitémini illi!

Laudáte nomen eius, quóniam suávis est Dóminus, †
 in ætérnum misericórdia eius, *
 et usque in generatióne et generatióne véritas eius.

Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui **S**ancto!


Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona



Gé-nu - it pu-ér - pe-ra re-gem, cu - i no-men æ - tér-num,
 et gáu-di - um ma-tris ha-bens cum vir - gi - ni - tá - tis
 ho - nó - re: nec primam sí - mi - lem vi - sa est nec ha-
 bé - re se-quéntem, al - le - lú - ia.

Antiphona · 7d4



An - ge - lus * ad pa - stó - res a - it: An - nún - ti - o
 vo - bis gáu - di - um magnum, qui - a na - tus est no - bis hó -
 di - e Sal - vá - tor mun - di, al - le - lú - ia.
 E u o u a e.

Psalmus 62.

DEUS, **Deus meus**, *
 ad te de **luce vígilo**.
Sitívit in te **ánima mea**, *
 quam **multiplíciter** tibi **caro mea**;
In terra **desérta** et **ínvia** et **inaquósa**! †
 Sic in **sancto appáruí tibi**, *
 ut **vidérem virtútem tuam** et **glóriam tuam**;
Quóniam **mélior** est **misericórdia tua super vítas**, *
lábía mea laudábunt te.
Sic **benedícam** te in **vita mea**, *
 et in **nómine tuo levábo manus meas**.
Sicut **ádi**pe et **pingué**dine **repleátur ánima mea**, *
 et **lábíis exsultatiónis laudábit os meum**.
Si **memor** fui tui **super stratum meum**, †
 in **matutínis meditábor in te**, *
 quia **fuísti adiútor meus**;
Et in **velaménto alárum tuárum exsultábo**, †
adháesit ánima mea post te, *
 me **suscépit délixtera tua**.
Ipsi **vero** in **vanum quæsiérunt ánimam meam**, †
introíbunt in inferióra terræ, *
tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.
Rex **vero** **lætábitur in Deo**, †
laudabúntur omnes, qui iurant in eo, *
 quia **obstrúctum est os loquéntium iníqua**.

Psalmus 66.

DEUS **misereátur nostri** et **benedícat nobis**, *
illúminet vultum suum super nos et **misereátur nostri**;
Ut **cognoscámus in terra víam tuam**, *
 in **ómnibus géntibus salutáre tuum**!
Confiteántur tibi pópuli, Deus, *
confiteántur tibi pópuli omnes!
Læténtur et exsúltent gentes, †
quóniam iúdicas pópulos in æquitáte, *
 et **gentes in terra dírgis**!

Confiteántur tibi pópuli, Deus, †
 confiteántur tibi pópuli omnes, *
 terra dedit fructum suum!

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus, *
 et métuant eum omnes fines terræ!

Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et nunc et semper *
 et in sœcula sæculórum! Amen.

Antiphona



An-ge-lus ad pa-stó-res a - it: An-nún-ti - o



vo-bis gáu-di-um magnum, qui-a na-tus est no-bis hó-



di - e Sal-vá-tor mun-di, al - le-lú - ia.

Antiphona · 7d4



Fa-cta est * cum án-ge-lo mul-ti-tú-do cæ-lé-stis ex-ér-



ci-tus, lau-dán-ti-um et di-cén-ti-um: Gló-ri - a in



ex-cél-sis De-o, et in ter-ra pax ho-mí-ni - bus

bo-næ vo-lun-tá-tis, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia!

E u o u a e.

Canticum trium puerorum

BENEDÍCITE, ómnia ópera **Dómini, Dómino, ***
 laudáte et superexaltáte eum in **sæcula!**

Benedícite, ángeli **Dómini, Dómino, ***
 benedícite, **cæli, Dómino!**

Benedícite, aquæ omnes, quæ super **cælos** sunt, **Dómino, ***
 benedícite, omnes virtútes **Dómini, Dómino!**

Benedícite, sol et **luna, Dómino, ***
 benedícite, stellæ **cæli, Dómino!**

Benedícite, omnis imber et ros, **Dómino, ***
 benedícite, omnes spíritus **Dei, Dómino!**

Benedícite, ignis et **æstus, Dómino, ***
 benedícite, frigus et **æstus, Dómino!**

Benedícite, rores et pruína, **Dómino, ***
 benedícite, gelu et **frigus, Dómino!**

Benedícite, glácies et **nives, Dómino, ***
 benedícite, noctes et **dies, Dómino!**

Benedícite, lux et **ténebræ, Dómino, ***
 benedícite, fúlgura et **nubes, Dómino!**

Benedícat **terra Dóminum, ***
 laudet et superexáltet eum in **sæcula!**

Benedícite, montes et **colles, Dómino, ***
 benedícite, univérsa germinántia in **terra, Dómino!**

Benedícite, **fontes, Dómino, ***
 benedícite, mária et **flúmina, Dómino!**

Benedícite, cete et ómnia, quæ movéntur in aquis, **Dómino, ***
 benedícite, omnes vólucres **cæli, Dómino!**

Benedícite, omnes béstiæ et **pécora, Dómino, ***
 benedícite, filii **hóminum, Dómino!**

Benedícat Israel Dóminum, *

laudet et superexáltet eum in **sæcula!**

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino, *

benedícite, servi **Dómini, Dómino!**

Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino, *

benedícite, sancti et húmiles **corde, Dómino!**

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino, *

laudáte et superexaltáte eum in **sæcula!**

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu, *

laudémus et superexaltémus eum in **sæcula!**

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli, *

et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in **sæcula!**

Antiphona



Fa - cta est cum án - ge - lo mul - ti - tú - do cæ - lé - stis ex - ér -



ci - tus, lau - dán - ti - um et di - cén - ti - um: Gló - ri - a in



ex - cél - sis De - o, et in ter - ra pax ho - mí - ni - bus



bo - næ vo - lun - tá - tis, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia!

Antiphona · 8g2



Pár - vu - lus fí - li - us * hó - di - e na - tus est no - bis,

et vo - cá - bi - tur De - us for - tis, al - le - lú - ia,
al - le - lú - ia. E u o u a e.

Psalmus 148.

- L**AUDÁTE Dóminum de **cælis**, *
laudáte eum *in excélsis*!
- L**audáte eum, omnes ángeli **eius**, *
laudáte eum, omnes *virtútes eius*!
- L**audáte eum, sol et **luna**, *
laudáte eum, omnes *stellæ et lumen*!
- L**audáte eum, **cæli cælórum**, *
et aquæ omnes, quæ super **cælos** sunt, laudent *nomen Dómini*;
- Q**uia ipse dixit et **facta** sunt, *
ipse mandávit *et creáta* sunt!
- S**tátuit ea in **ætérnum** et in **sáeculum sáeculi**, *
præcéptum pósuit et non *præteríbit*.
- L**audáte Dóminum de **terra**, *
dracónes et *omnes abyssi*!
- I**gnis, grando, nix, glácies, spíritus **procellárum**, *
quæ faciunt *verbum eius*;
- M**ontes et omnes **colles**, *
ligna fructífera et *omnes cedri*;
- B**éstiae et univérsa **pécora**, *
serpéntes et *vólucres pennátæ*;
- R**eges terræ et omnes **pópuli**, *
príncipes et omnes *iúdice* **terræ**;
- I**úvenes et vírgines, †
senes cum iunióribus laudent **nomen Dómini**, *
quia exaltátum est *nomen eius solíus*!

Confessio eius super cælum et **terram**, *
et exaltávit cornu *pópuli sui*.

Hymnus ómnibus sanctis **eius**, *
fíliis Israel, *pópulo appropinquánti sibi*.

Psalmus 149.

CANTÁTE Dómino cánticum **novum**, *
laus eius in *ecclesia sanctórum!*

Lætétur Israel in eo, qui fecit **eum**, *
et fílii Sion exsúltent in *rege suo!*

Laudent nomen eius in **choro**, *
in týmpano et psaltério *psallant ei;*

Quia beneplácitum est Dómino in *pópulo suo*, *
et exaltábit mansuétos *in salutem!*

Exsultábunt sancti in **glória**, *
lætabúntur in *cubilibus suis*.

Exaltatiónes Dei in gútture **eórum**, *
et gládii ancípites in *mánibus eórum;*

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus, *
inrepatiónes *in pópulis;*

Ad alligá ndos reges eórum in compédibus, *
et nóbiles eórum in *mánicis férreis;*

Ut fá ciant in eis iudícium conscríptum, *
glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

Psalmus 150.

LAUDÁTE Dóminum in sanctis **eius**, *
laudáte eum in firmaménto *virtútis eius!*

Laudáte eum in virtútibus **eius**, *
laudáte eum secúndum multitudínem *magnitúdinis eius!*

Laudáte eum in sono **tubæ**, *
laudáte eum in psaltério *et cíthara!*


Laudáte eum in týmpano et **choro**, *
laudáte eum in *chordis et órgano!*

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, †
laudáte eum in cýmbalis iubilatió nis, *
omnis spíritus *laudet Dóminum!*

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et nunc et semper *
et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona



Pár - vu - lus fí - li - us hó - di - e na - tus est no - bis,
et vo - cá - bi - tur De - us for - tis, al - le - lú - ia,
al - le - lú - ia.

Capitulum

CARÍSSIMI. Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc sæculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri, Iesu Christi.

R. Deo grátias.

Hymnus



Cor - de na - tus ex Pa - rén - tis an - te mundi ex - ór - di - um,
Alpha et O co - gno - mi - ná - tus, i - pse fons et cláusu - la

ó - mni - um, quæ sunt, fu - é - re, quæque post fu - tú - ra sunt
sæ - cu - ló - rum sæ - cu - lis.

O, beátus partus ille, Virgo cum puérpera
édidit nostram salútem, feta Sancto Spíritu,
et puer, Redémptor orbis, os sacrátum prótulit,
sæculórum sæculis!

Psallat altitúdo cæli, psallant omnes ángeli,
quicquid est virtútis usquam, psallat in laudem Dei:
nulla linguárum siléscat, vox et omnis cónsonet,
sæculórum sæculis!

Ecce, quem vates vetústis concinébant sæculis,
quem prophetárum fidéles páginæ spopónderant,
émicat promíssus olim, cuncta colláudent eum,
sæculórum sæculis.

Te senes et te iuventus parvulorúmque chorus,
turba matrum virginúmque, simplices puéllulæ
voce concórdes pudícis pérstrepent concéntibus,
sæculórum sæculis.

Tibi, Christe, sit cum Patre Hagióque Spíritu
hymnus, melos, laus perénnis, gratiárum áctio,
honor, virtus, victória, regnum æternáliter,
sæculórum sæculis!

A - men.

Versiculus

V. Verbum caro factum est.

R. Et habitávit in nobis.

Antiphona · 8g2

Gló - ri - a * in ex-cél-sis De - o, et in ter - ra pax ho-
mí - ni - bus bo-næ vo - lun - tá - tis, al - le - lú - ia, al-
le - lú - ia! E u o u a e.

Canticum Zachariae

BENEDÍCTUS Dóminus Deus Israel, *
quia visitávit et fecit redemptionem *plebis suæ*;
Et eréxit cornu *salútis nobis* *
in domo David, *púeri sui*;
Sicut locútus est *per os sanctórum*, *
qui a sæculo sunt, *prophetárum eius*;
Salútem ex *inimícis nostris* *
et de manu ómnium, *qui odérunt nos*;
Ad faciéndam misericórdiam *cum pátribus nostris* *
et memorári testaménti *sui sancti*;
Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, *patrem nostrum*, *
(!) *datúrum se nobis*;
Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum *liberáti* *
(!) *serviámus illi*;
In sanctitáte et iustítia *coram ipso* *
ómnibus *diébus nostris*;
Et tu, puer, Prophéta *Altíssimi vocáberis*, *
præíbis enim ante fáciem Dómini *paráre vias eius*;
Ad dandam sciéntiam *salútis plebi eius* *
in remissionem *peccatórum eórum*;
Per víscera misericórdiæ *Dei nostri*, *
in quibus visitávit nos *Oriens ex alto*;

Illumináre his, qui in ténébris et in *umbra* **mortis** sedent, *
ad dirigéndo*s* pedes nostros in *viam* **pacis**.

Glória **Patri** et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípío *et nunc et semper* *
et in *sæcula sæculórum!* Amen.

Antiphona



Gló - ri - a in ex-cél-sis De - o, et in ter - ra pax ho-
mí - ni - bus bo-næ vo - lun - tá - tis, al - le - lú - ia, al-
le - lú - ia!

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spírítu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratió*nem* meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

DA nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, ut qui nativitátem Dómini nostri Iesu Christi nos frequentáre gaudémus, dignis conversatió*nibus* ad eius mereámur pertinére consórtium! Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia *sæcula sæculórum*. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spírítu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace!

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster *totum secreto, eoque recitato, subiungitur*

V. Dóminus det nobis suam pacem!

R. Et vitam ætérnam! Amen.

V. Divínium auxílium máneat semper nobíscum!

R. Amen.

Ad primam

Pater noster, Ave, María et Credo.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío et nunc et semper
et in sæcula sæculórum! Amen. Allelúia.

Hymnus



Iam lu-cis or - to sí - de - re De-um pre-cé-mur súppli-ces,



ut in di - úr - nis á - cti - bus nos servet a no - cén - ti - bus!

Voluntárie sacrificábo tibi, †
 et confitébor nómini tuo, **Dómine**, *
 quóniam **bonum** est;
Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me, *
 et super inimícos meos despéxit óculus **meus**.
Glória Patri et **F**ílio *
 et Spirítui **S**ancto!
Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sáecula sáeculórum! **A**men.

Psalmus 117.

CONFITÉMINI **D**ómino, quóniam **bonus**, *
 quóniam in sáeculum misericórdia eius!
Dicat nunc Israel, quóniam **bonus**, *
 quóniam in sáeculum misericórdia eius!
Dicat nunc domus **A**aron, *
 quóniam in sáeculum misericórdia eius!
Dicant nunc, qui timent **D**óminum, *
 quóniam in sáeculum misericórdia eius!
De tribulatióne invocávi **D**óminum, *
 et exaudívit me in latitúdine **D**óminus.
Dóminus mihi adiútor, *
 non timébo, quid fáciat mihi **homo**.
Dóminus mihi adiútor, *
 et ego despíciam inimícos **meos**.
Bonum est confídere in **D**ómino, *
 quam confídere in **h**ómine.
Bonum est speráre in **D**ómino, *
 quam speráre in princípibus.
Omnes gentes circuíerunt me, *
 et in nómine **D**ómini quia ultus sum in **eos**.
Circumdántes circumdedérunt me, *
 et in nómine **D**ómini quia ultus sum in **eos**.
Circumdedérunt me sicut apes, †
 et exarsérunt, sicut ignis in **sp**inis, *
 et in nómine **D**ómini quia ultus sum in **eos**.
Impúlsus, evérsus sum, ut **cá**derem, *
 et **D**óminus suscépit me.

- F**ortitúdo mea et laus mea **D**óminus, *
et factus est mihi in **salú**tem.
- V**ox exsultatiónis et **salú**tis *
in tabernáculis **iustó**rum:
- D**éxtera Dómini fecit virtútem, †
déxtera Dómini **exaltá**vit me, *
déxtera Dómini fecit **virtú**tem.
- N**on móriar, sed **viv**am, *
et narrábo ópera **D**ómini.
- C**astígans castigávit me **D**óminus, *
et morti non **trádidit** me.
- A**períte mihi portas **iustít**iae, †
ingréssus in eas **confité**bor **D**ómino, *
hæc porta Dómini, iusti intrábunt in **eam**!
- C**onfitébor tibi, quóniam **exaudísti** me, *
et factus es mihi in **salú**tem.
- L**ápidem, quem reprobavérunt **ædificá**ntes, *
hic factus est in caput **ánguli**.
- A** Dómino factum est **istud**, *
et est mirábile in óculis **no**stris.
- H**æc est dies, quam fecit **D**óminus, *
exsultémus et lætémur in **ea**.
- O** Dómine, salvum me fac, †
o Dómine, bene **prosperá**re, *
benedíctus, qui venit in nómine **D**ómini!
- B**enedíximus vobis de domo **D**ómini, *
Deus Dóminus, et illúxit **no**bis.
- C**onstitúite diem **sollém**nem in **condénsis** *
usque ad cornu **altáris**!
- D**eus meus es tu, et **confité**bor **tibi**, *
Deus meus es tu, et **exaltá**bo te.
- C**onfitébor tibi, quóniam **exaudísti** me, *
et factus es mihi in **salú**tem.
- C**onfitémini Dómino, quóniam **bon**us, *
quóniam in **sæculum** **misericórdia** eius!

Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui Sancto!
 Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sæcula sæculórum! Amen.

Psalmus 118. (1-16)

BEÁTI immaculáti in **via**, *
 qui ámbulant in lege **Dómini**.
Beáti, qui scrutántur testimónia eius, *
 in toto corde exquirunt eum.
Non enim, qui operántur iniquitátem, *
 in viis eius ambulavérunt.
Tu mandásti *
 mandáta tua custodíri **nimis**.
Utinam dirigántur viæ **meæ** *
 ad custodiéndas iustificatiónes **tuas**!
Tunc non **confúndar**, *
 cum perspéxero in ómnibus mandátis **tuis**.
Confitébor tibi in directiÓne **cordis**, *
 in eo, quod dídici iudícia iustítiæ **tuæ**.
IustificatiÓnes tuas **custódiam**, *
 non me derelínquas usque**quáque**!
In quo córrigit adolescéntior viam **suam**? *
 In custodiéndo sermónes **tuos**.
In toto corde meo exquisívi te, *
 ne repéllas me a mandátis **tuis**!
In corde meo abscondi elóquia **tua**, *
 ut non peccem **tibi**.
Benedíctus es, **Dómine**, *
 doce me iustificatiÓnes **tuas**!
In lábiis **meis** *
 pronuntiávi ómnia iudícia oris **tui**.
In via testimoniórum tuórum delectátus sum *
 sicut in ómnibus **divítiis**.
In mandátis tuis exercébor, *
 et considerábo vias **tuas**.
In iustificatiÓnibus tuis meditábor, *
 non oblivíscar sermónes **tuos**.

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in sæcula sæculórum! Amen.

Psalmus 118. (17-32)

RETRÍBUE servo tuo, vivífica me, *
et custódiam sermónes **tuos**!

Revéla óculos **meos**, *
et considerábo mirabília de lege **tua**!

Incola ego sum in **terra**, *
non abscondas a me mandáta **tua**!

Concupívit ánima mea desideráre iustificatiónes **tuas**, *
in omni **témpore**.

Increpásti **supérbos**, *
maledícti, qui declínant a mandátis **tuis**.

Aufer a me oppróbrium et contéptum, *
quia testimónia tua exquisívi!

Etenim sedérunt príncipes et advérsus me loquebántur, *
servus autem tuus exercebátur in iustificatióne **tuis**.

Nam et testimónia tua meditatio **mea** est, *
et consílium meum iustificatiónes **tuæ**.

Adhæsit paviménto ánima **mea**, *
vivífica me secúndum verbum **tuum**!

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me, *
doce me iustificatiónes **tuas**!

Viam iustificatiónum tuárum ínstrue me, *
et exercébor in mirabílibus **tuis**!

Dormitávit ánima mea præ **tædio**, *
confírma me in verbis **tuis**!

Viam iniquitátis ámove **a** me, *
et de lege tua miserére **mei**!

Viam veritátis **elégi**, *
iudícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, **Dómine**, *
noli me confúndere!

Viam mandatórum tuórum cucúrri, *
cum dilatásti cor **meum**.

Glória Patri et Fílio *
et Spíritui Sancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in sæcula sæculórum! Amen.

Symbolum sancti Athanasii

QUICÚMQUE vult salvus **esse**, *

ante ómnia opus est, ut teneat cathólicam **fidem**;

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque **serváverit**, *
absque dúbio in ætérnum **períbit**.

Fides autem cathólica **hæc** est: *

ut unum Deum in Trinitáte et Trinitátem in Unitáte **venerémur**;

Neque confundéntes **persónas**, *
neque substántiam **separántes**.

Alia est enim persóna Patris, **ália Fílii**, *
ália Spíritus Sancti;

Sed Patris et Fílii et Spíritus Sancti una est **divínitas**, *
æquális glória, **coætérna maiéstas**.

Qualis Pater, talis **Fílius**, *
talis Spíritus **Sanctus**.

Increátus Pater, increátus **Fílius**, *
increátus Spíritus **Sanctus**.

Imménsus Pater, imménsus **Fílius**, *
imménsus Spíritus **Sanctus**.

Ætérnus Pater, ætérnus **Fílius**, *
ætérnus Spíritus **Sanctus**;

Et tamen non tres **ætérni**, *
sed unus **ætérnus**;

Sicut non tres increáti nec tres **imménsi**, *
sed unus increátus et unus **imménsus**.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens **Fílius**, *
omnípotens Spíritus **Sanctus**;

Et tamen non tres omnípoténtes, *
sed unus **omnípotens**.

Ita Deus Pater, Deus **Fílius**, *
Deus Spíritus **Sanctus**;

Et tamen non tres **Dii**, *
sed unus est **Deus**.

- I**ta Dóminus Pater, Dóminus **F**ílius, *
 Dóminus Spíritus **S**anctus;
Et tamen non tres **D**ómini, *
 sed unus est **D**óminus;
Quia sicut singillátim unamquámque persónam
 Deum ac Dóminum confitéri Christiána veritate **comp**éllimur, *
 ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne **prohib**émur.
Pater a nullo est **factus**, *
 nec creátus nec **g**énitus.
Fílius a Patre **solo** est, *
 non factus nec creátus, sed **g**énitus.
Spíritus Sanctus a Patre et **F**ílio, *
 non factus nec creátus nec **g**énitus, sed **proc**édens.
Unus ergo Pater, non tres Patres, unus Fílius, non tres **F**ílii, *
 unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus **S**ancti;
Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil maius aut **min**us, *
 sed totæ tres persónæ coæternæ sibi sunt et coæquáles.
Ita, ut per ómnia, sicut iam supra **dictum** est, *
 et Unitas in Trinitáte et Trinitas in Unitáte **vener**ánda sit.
Qui vult ergo salvus **esse**, *
 ita de Trinitáte **s**éntiat;
Sed **necess**árium est ad ætérnam **sal**útem, *
 ut incarnatiónem quoque Dómini nostri Iesu Christi fidéliter **credat**!
Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur, *
 quia Dóminus noster Iesus Christus, Dei Fílius, Deus et **homo** est.
Deus est ex substántia Patris ante sácula **g**énitus, *
 et homo est ex substántia matris in sáculo **natus**.
Perféctus Deus, perféctus **homo** *
 ex ánima ratióali et **hum**ána carne **subs**ístens.
Æquális Patri secúndum divinitátem, *
 minor Patre secúndum humanitátem;
Qui licet Deus sit et **homo**, *
 non duo tamen, sed unus est **Christus**.
Unus autem non conversióne divinitátis in **car**nem, *
 sed assumptióne humanitátis in **Deum**.
Unus omníno non confusióne **subst**ántiæ, *
 sed unitáte persónæ.

Nam sicut ánima ratiónalis et caro unus est **homo**, *
ita Deus et homo unus est **Christus**;

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad **ínferos**, *
tértia die resurrexit a **mórtuis**.

Ascéndit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis, *
inde ventúrus est iudicáre vivos et **mórtuos**;

Ad cuius advéntum omnes hómines resúrgere habent
cum corpóribus **suis**, *

et redditúri sunt de factis própriis ratiónem;

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam **ætérnam**, *
qui vero mala, in ignem **ætérnum**.

Hæc est fides cathólica, *
quam nisi quisque fidéliter firmitérque crediderit,
salvus esse non **póterit**.

Glória Patri et **F**ílio *
et Spirítui **S**ancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
et in sæcula sæculórum! **A**men.

Antiphona

Lux or - ta est su - per nos, qui - a hó - di - e na - tus
est Sal - vá - tor, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Capitulum

PÓPULUS, qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam: habitán-
tibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis. **R.** Deo grátias.

Responsorium · 6

Ie-su Christe, Fi-li De-i vi-vi, * mi-se-ré-re no-bis.

V. Qui di-gná-tus es de Vír-gi-ne na-sci: Mi-se-ré-re

no-bis. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o et Spi-rí-tu-i

San-cto. Ie-su Christe.

Versiculus

V. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

R. Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Deinde hebdomadarius facit confessionem:

CONFITEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli archángelo, beáto Ioánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus sanctis et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem archángelum, beátum Ioánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes sanctos et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet

MISEREÁTUR tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitám ætérnam! R. Amen.

Deinde repetit confessionem, et ubi dicitur vobis, fratres et vos, fratres, dicat tibi, pater et te, pater. Facta confessione a choro, hebdomadarius dicit

MISEREÁTUR vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátiis vestris, perdúcat vos ad vitam aetérnam! **R.** Amen.

Absolutio

INDULGÉNTIAM, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus! **R.** Amen.

Extra chorum, si unus vel duo tantum recitent officium, et in choro monialium vel laicorum semel tantum ac simul ab omnibus ita fit confessio:

CONFÍTEOR Deo omnipotéti, beátae Mariáe semper Vírgini, beáto Michaéli archángelo, beáto Ioánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo et ómnibus sanctis, quia peccávi nimis cogitátione, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes sanctos oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur

MISEREÁTUR nostri omnípotens Deus, et dimíssis peccátiis nostris, perdúcat nos ad vitam aetérnam! **R.** Amen.

Absolutio

INDULGÉNTIAM, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus! **R.** Amen.

Facta absoluteione, subiungitur

V. Dignáre, Dómine, die isto;

R. Sine peccáto nos custodíre!

V. Miserére nostri, Dómine!

R. Miserére nostri!

V. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos!

R. Quemádmódum sperávimus in te.

V. Dómine, exáudi oratióne meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel statim dicitur

Orémus!

Oratio

DA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui nova incarnati Verbi tui luce perfúndimur, hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Oratio

DÓMINE, sancte Pater omnipotens, ætérne Deus, qui nos peccatóres ad princípium huius diéi pervenire fecisti: tua nos, quæsumus, hódie salva virtúte, et concéde, ut in hac die ad nullum declinémus mortále peccátum, nec ullum incurrámus perículum, sed semper ad tuam iustítiam faciéndam omnis nostra áctio tuo moderámine dirigá-tur. Per Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæcu-lórum. Amen.

Oratio

IN hac hora prima huius diéi tua nos, quæsumus, Dómine, reple mi-
sericórdia, ut per totum diem exsultántes, in tuis láudibus iúgiter
delectémur. Per Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum,
qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia
sæcula sæculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

Deinde in choro legitur martyrologium, quod laudabiliter fit etiam extra chorum. Postea hebdomadarius dicit versiculos sequentes:

V. Exsultábunt sancti in glória.

R. Lætabúntur in cubílibus suis.

V. Pretiósá in conspéctu Dómini;

R. Mors sanctórum eius.

Et absolute, sine Orémus sequitur hæc oratio:

SANCTA María, mater Dómini nostri Iesu Christi, atque omnes sancti et elécti Dei, intercédere dignémini pro nobis peccatóribus ad Dóminum Deum nostrum, Patrem omnipoténtem, ut nos mereámur ab eo adiuvári, sanári, salvári ac prótegi, qui in Trinitáte per sæcula vivit! Amen.

Versiculus

V. Deus in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Et dicitur ter; ultimo additur Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculórum! Amen. Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatió-nem!

R. Sed líbera nos a malo!

V. O, Dómine, réspice in servos tuos et in ópera tua, et dírige fílios eórum!

R. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera má-

nuum nostrárum dírige super nos, et opus mánuum nostrárum dírige!

V. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto!

R. Sicut erat in princípío et nunc et semper et in sæcula sæculórum! Amen.

Orémus!

Oratio

DIRÍGERE et sanctificáre et custodíre dignéris, Dómine, sancte Pater, ætérne Deus, rex et creátor cæli et terræ, hódie et cottídie corda et córpora nostra, sensus quoque et sermónes et omnes actus nostros in lege tua et in opéribus mandatórum tuórum, et ángelus tuus bonus comitétur nobíscum ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis et veritátis, ut hic et in ætérnum, te auxiliánte, semper sani et salvi ac líberi esse mereámur, Salvátor mundi, rex glóriæ, qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas in sæcula sæculórum! Amen.

Iube, domne, benedícere!

Benedictio

Dies et actus nostros in sua pace dispónat Dóminus omnípotens!

R. Amen.

Lectio brevis

ET tu in princípío, Dómine, terram fundásti, et ópera mánuum tu-
árum sunt cæli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis, et omnes sic-
ut vestiméntum veteráscent, et velut amíctum mutábis eos, et muta-
búntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Benedícite!

R. Deus.

Benedictio

DÓMINUS nos benedícat, et ab omni malo deféndat, et ad vitam
perdúcat ætérnam! Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei re-
quiéscant in pace! **R.** Amen.

Deinde dicitur tantum Pater noster secreto.

Ad tertiam


Pater noster *et* Ave, María.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío et nunc et semper
et in sæcula sæculórum! Amen. Allelúia.


Hymnus



Nunc, Sancte, no-bis, Spí - ri - tus, u - num Pa - tri cum Fí - li - o
di - gná - re promptus ín - ge - ri nostro re - fú - sus pé - cto - ri!


Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessióem pérsonent,
flamméscat igne cáritas,
accéndat ardor próximos!

Glória tibi, Dómine,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et Sancto Spíritu
in sempitérna sáecula!



A - men.

Antiphona · 6f (β)



Gau - de - á - mus, * omnes fi - dé - les: Sal - vá - tor no - ster
na - tus est in mundum hó - di - e, pro - cés - sit pro - les
ma - gní - fi - ci gér - mi - nis, et per - se - vé - rat pu - dor
vir - gi - ni - tá - tis! E u o u a e.

Psalmus 118. (33–48)

LEGEM pone mihi, Dómine, viam iustificatiónum tuárum, *
et exquíram *eam* **semper!**

Da mihi intelléctum, et scrutábor **legem tuam**, *
et custódiám illam in toto *corde* **meo!**

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum, *
quia *ipsam* **vólui!**

Inclína cor meum in testimónia **tua**, *
et non in *avarítiam!*

Avérte óculos meos, ne vídeant **vanitátem**, *
in via tua *vivífica* me!

Státue servo tuo elóquium **tuum** *
in *timóre* **tuó!**

Amputa oppróbrium meum, quod **suspiciátus** sum, *
quia iudícia tua *iucúnda!*

Ecce concupívi **mandáta tua**, *
in æquitáte tua *vivífica* me;

Et véniat super me misericórdia **tua**, Dómine, *
salutáre tuum secúndum elóquium **tuum**;

Et respondébo exprobrántibus **mihi verbum**, *
quia sperávi in sermónibus **tuis**;

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis **usquequáque**, *
quia in iudíciis tuis *supersperávi*;

Et custódiám legem **tuam semper**, *
in *sæculum* et in *sæculum* **sæculi**;

Et ambulábam in **latitúdine**, *
quia mandáta tua *exquisívi*;

Et loquébar in testimoniis tuis in conspéctu **regum**, *
et non *confundébar*;

Et meditábar in **mandátis tuis**, *
(!) *quæ diléxi*;

Et levávi manus meas ad mandáta tua, **quæ diléxi**, *
et exercébar in iustificatió**nibus tuis!**

Glória Patri et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in *sæcula sæculórum!* **Amen.**

Psalmus 118. (49-64)

MEMOR esto verbi tui **servo tuo**, *
 in quo mihi *spem dedisti!*
Hæc me consolâta est in **humilitate mea**, *
 quia elóquium tuum **vivificavit** me.
Supérbi inique agébant **usquequaque**, *
 a lege autem tua non *declinavi*.
Memor fui iudiciórum tuórum a **sæculo**, **Dómine**, *
 et **consolatus** sum.
Deféctio **tenuit** me, *
 pro peccatóribus derelinquéntibus **legem tuam**.
Cantábiles mihi erant iustificatiónes **tuæ**, *
 in loco peregrinatiónis **meæ**.
Memor fui nocte nóminis **tui**, **Dómine**, *
 et custodívi **legem tuam**.
Hæc **facta** est **mihi**, *
 quia iustificatiónes tuas *exquisivi*.
Pórtio **mea**, **Dómine**, *
 dixi: Custodíre **legem tuam**.
Deprecátus sum fáciem tuam in toto **corde meo**, *
 miserere mei secúndum elóquium **tuum!**
Cogitávi **vias meas**, *
 et convérsti pedes meos in **testimonia tua**.
Parátus sum et non **sum turbatus**, *
 ut custódiam **mandata tua**.
Funes peccatórum circumpléxi **sunt** me, *
 et legem tuam non *sum oblitus*.
Média nocte surgébam ad **confitendum tibi**, *
 super iudícia iustificatiónis **tuæ**.
Párticeps ego sum ómnium **timéntium** te, *
 et custodiéntium **mandata tua**.
Misericórdia tua, **Dómine**, **plena** est **terra**, *
 iustificatiónes **tuas doce** me!
Glória **Patri** et **Fílio** *
 et **Spirítui Sancto!**
Sicut erat in **princípio** et **nunc** et **semper** *
 et in **sæcula sæculórum! Amen.**

Psalmus 118. (65–80)

BONITÁTEM fecisti cum servo **tuo**, **Dómine**, *
secúndum *verbum tuum*.

Bonitátem et disciplínam et sciéntiam **doce** me, *
quia mandátis *tuis* **crédidi**!

Priúsquam humiliárer, **ego delíqui**, *
proptérea elóquium tuum **custodívi**.

(!) Bonus es tu, *
et in bonitáte tua doce me iustificatiónes **tuas**!

Multiplicáta est super me iníquitas **superbórum**, *
ego autem in toto corde meo scrutábor **mandáta tua**.

Coagulatú est sicut lac **cor eórum**, *
ego vero legem tuam **meditátus** sum.

Bonum mihi, quia **humiliásti** me, *
ut discam iustificatiónes **tuas**.

Bonum mihi lex **oris tui** *
super mília auri *et argénti*.

Manus tuæ fecérunt me et **plasmavérunt** me, *
da mihi intelléctum, et discam **mandáta tua**!

Qui timent te, vidébunt me et **lætabúntur**, *
quia in verba tua **supersperávi**.

Cognóvi, **Dómine**, quia **æquitas iudícia tua**, *
et in veritáte tua **humiliásti** me.

Fiat misericórdia tua, ut **consolétur** me, *
secúndum elóquium tuum **servo tuo**!

Véniant mihi miseratiónes **tuæ**, et **vivam**, *
quia lex tua **meditatio mea** est!

Confundántur supérbi, quia iniúste iniquitátem fecérunt **in me**, *
ego autem exercébor in **mandátis tuis**!


Convertántur **mihi timéntes** te, *
et qui novérunt **testimónia tua**!

Fiat cor meum immaculatú in iustificatió nibus **tuis**, *
ut **non confúndar**!

Glória **Patri** et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto**!

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in **sæcula sæculórum**! Amen.

Antiphona · 6f (β)




Gau-de - á - mus, o-mnes fi - dé - les: Sal - vá - tor no - ster
na - tus est in mundum hó - di - e, pro-cés - sit pro - les
ma - gní - fi - ci gér - mi - nis, et per - se - vé - rat pu - dor
vir - gi - ni - tá - tis!


Capitulum

MULTIFÁRIE multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis, novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constituit herédem universórum, per quem fecit et sæcula. **R.** Deo grátias.

Responsorium



Spe - ci - ó - sus for - ma * præ fí - liis hó - mi - num.
V. Dif - fú - sa est grá - ti - a in lá - bi - is tu - is.
Præ fí - liis hó - mi - num. **G**ló - ri - a Pa - tri et Fí -

**Versiculus****V.** Notum fecit Dóminus salutáre suum.**R.** In conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.**V.** Dóminus vobíscum!**R.** Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiómem meam!**R.** Et clamor meus ad te véniat!**Orémus!****Oratio**

CONCÉDE, quáesumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívas liberet, quos sub peccáti iugo vetústa servítus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!**R.** Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiómem meam!**R.** Et clamor meus ad te véniat!**V.** Benedicámus Dómino!**R.** Deo grátias.**V.** Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace!**R.** Amen.Deinde dicitur Pater noster **secreto**.

Ad sextam

Pater noster **et** Ave, María.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío et nunc et semper
et in sáecula sáeculórum! Amen. Allelúia.

Hymnus



Rector, potens, ve - rax De - us, qui tém - pe - ras re - rum vi - ces,



splendó - re ma - ne il - lú - mi - nas et í - gnibus me - rí - di - em.

Exstingue flammam lítium,
áufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium!

Glória tibi, Dómine,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et Sancto Spirítu
in sempitérna sáecula!



A - men.

Antiphona · 6f (β)



Vir - go hó - di - e fi - dé - lis, * et - si Ver - bum gé - nu - it

in - car - ná - tum, Vir - go mansit et post par - tum, quam lau -
dán - tes o - mnes dí - ci - mus: Be - ne - dí - cta tu in mu -
li - é - ri - bus. E u o u a e.

Psalmus 118. (81-96)

DEFÉCIT in salutáre tuum **ánima mea**, *
et in verbum tuum *supersperávi*.
Defecérunt óculi mei in **elóquium tuum** *
dicéntes: Quando *consoláberis* me;
Quia factus sum, sicut uter **in pruína**, *
iustificatiónes tuas non *sum oblítus*?
Quot sunt dies **servi tui**, *
quando fácies de persequéntibus *me iudícium*?
Narravérunt mihi iníqui *fabulatiónes*, *
sed non *ut lex tua*.
Omnia mandáta **tua véritas**, *
iníque persecúti sunt me, *ádiuva* me!
Paulo minus consummavérunt **me in terra**, *
ego autem non derelíqui mandáta **tua**.
Secúndum misericórdiam tuam *vivífica* me, *
et custódiám testimónia **oris tui**!
In **ætérnum, Dómine**, *
verbum tuum *pérmanet in cælo*.
In generatiónem et generatiónem **véritas tua**, *
fundásti *terram, et pérmanet*.
Ordinatióne tua *persevérat dies*, *
quóniam ómnia *sérviunt tibi*.
Nisi quod lex tua *meditátio mea* est, *
tunc forte periíssem in *humilitáte mea*.

In ætérnum non oblivíscar iustificatiónes **tuas**, *
quia in ipsis *vivificásti* me.

Tuus sum ego, **salvum me** fac, *
quóniam iustificatiónes tuas *exquisívi!*

Me exspectavérunt peccatóres, ut **pénderent** me, *
testimónia tua *intelléxi*.

Omnis consummationis **vidi finem**, *
latum mandátum *tuum nimis*.

Glória **Patri** et **Fílio** *
et *Spirítui Sancto!*

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in sæcula *sæculórum! Amen.*

Psalmus 118. (97-112)

QUÓMODO diléxi legem **tuam**, **Dómine**, *
tota die *meditatio mea* est!

Super inimícos meos prudéntem me fecísti **mandáto tuo**, *
quia in *ætérnum mihi* est.

Super omnes docéntes me **intelléxi**, *
quia testimónia tua *meditatio mea* est.

Super senes **intelléxi**, *
quia *mandáta tua quæsívi*.

Ab omni via mala prohibui **pedes meos**, *
ut *custódiam verba tua*.

A iudíciis tuis non **declinávi**, *
quia tu legem *posuísti mihi*.

Quam dúlcia fáucibus meis **elóquia tua**, *
super mel *ori meo!*

A *mandátis tuis* **intelléxi**, *
proptérea odívi omnem *viam iniquitátis*.

Lucérna *pédibus meis* **verbum tuum**, *
et lumen *sémitis meis*.

Iurávi et **státui** *
custodíre *iudícia iustítiæ tuæ*.

Humiliátus sum usque**quaque**, **Dómine**, *
vivifica me *secúndum verbum tuum!*

Voluntária oris mei **beneplácita** fac, **Dómine**, *
et *iudícia tua doce* me!


Anima mea in mánibus **meis semper**, *
 et legem tuam non *sum oblítus*.
Posuérunt peccatóres **láqueum mihi**, *
 et de mandátis tuis *non errávi*.
Hereditáte acquisívi testimónia tua **in aetérnum**, *
 quia exsultatio *cordis mei* sunt.
Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes tuas **in aetérnum** *
 propter *retributiónem*.
Glória **Patri** et **Fílio** *
 et **Spirítui Sancto**!
Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
 et in *sæcula sæculórum*! **Amen**.

Psalmus 118. (113-128)

INÍQUOS **ódio hábui**, *
 et legem tuam *diléxi*.
Adiútor et suscéptor **meus es tu**, *
 et in verbum tuum *supersperávi*.
Declináte a **me**, **malígni**, *
 et scrutábor mandáta *Dei mei*!
Súscipe me secúndum elóquium **tuum**, et **vivam**, *
 et non confúndas me ab exspectatióne *mea*!
Adiuva me, et **salvus ero** *
 et meditábor in iustificatióne *tuis semper*!
Sprevísti omnes discedéntes a iudíciis **tuis**, *
 quia iniústa cogitatio *eórum*.
Prævaricántes reputávi omnes peccatóres **terræ**, *
 ídeo diléxi testimónia *tua*.
Confíge timóre tuo **carnes meas**, *
 a iudíciis enim *tuis tímui*!
Feci iudícium **et iustítiam**, *
 non tradas me calumniántibus *me*!
Súscipe servum **tuum in bonum**, *
 non calumniéntur *me supérbi*!
Oculi mei defecérunt in salutáre **tuum**, *
 et in elóquium *iustítiæ tuæ*.
Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam **tuam**, *
 et iustificatiónes *tuas doce me*!

Servus tuus sum ego, *
 da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua!
Tempus faciéndi, Dómine, *
 dissipavérunt *legem tuam*.
Ideo diléxi mandáta tua *
 super aurum *et topázion*.
Proptérea ad ómnia mandáta tua **dirigébar,** *
 omnem viam iníquam *ódio hábui*.
Glória Patri et **Fílio** *
 et **Spirítui Sancto!**
Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
 et in *sæcula sæculórum!* Amen.

Antiphona



Vir - go hó - di - e fi - dé - lis, et - si Ver - bum gé - nu - it
 in - car - ná - tum, Vir - go mansit et post par - tum, quam lau -
 dán - tes o - mnes dí - ci - mus: Be - ne - dí - cta tu in mu -
 li - é - ri - bus.

Capitulum

QUI cum sit splendor glóriæ et figúra substántiæ eius, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum faciens, sedet ad dexteram maiestátis in excélsis, tanto mélior ángelis efféctus, quanto différentius præ illis nomen hereditávit. **R.** Deo grátias.

Responsorium · 6

No - tum fe - cit Dó - mi - nus * sa - lu - tá - re su - um.

V. In conspé - ctu gén - ti - um re - ve - lá - vit iu - stí - ti - am su - am.

Sa - lu - tá - re su - um. Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o

et Spi - rí - tu - i San - cto. No - tum fe - cit.

Versiculus

V. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

R. Deus Dóminus, et illúxit nobis.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

CONCÉDE, quæsumus, omnipotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitatis líberet, quos sub peccáti iugo vetústa servítus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace!

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster *secreto*.

Ad nonam

Pater noster *et* Ave, María.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío et nunc et semper
et in sæcula sæculórum! Amen. Allelúia.

Hymnus



Rerum, De-us, te-nax vi-gor, immó-tus, in te pérmanens,



lu-cis di-úr-næ témpo-ra suc-cés-si-bus de-tér-mi-nans;

Largíre clarum vésperè,
quo víta nusquam décidat,
sed præmíum mortis sacræ
perénnis instat glória!

Glória tibi, Dómine,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et Sancto Spirítu
in sempitérna sæcula!



Antiphona · 8g1

In prin - cí - pi - o * et an - te sáe - cu - la De - us e - rat
Ver - bum: i - pse na - tus est no - bis Sal - vá - tor mundi.
E u o u a e.

Psalmus 118. (129-144)

MIRABÍLIA testimónia tua, *
ídeo scrutáta est ea *ánima mea*.
Declarátio sermónum tuórum illúminat, *
et *intelléctum dat* párvulis.
Os meum apéruí et attráxi spíritum, *
quia mandáta tua *desiderábam*.
Aspice in me et miserére **mei**, *
secúndum iudícium diligéntium *nomen tuum!*
Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum, *
et non dominétur mei omnis *iniustítia!*
Rédime me a calúmniis hóminum, *
ut custódiám mandáta tua!
Fáciem tuam illúmina super servum tuum, *
et doce me iustificatiónes tuas!
Exitus aquárum deduxérunt óculi mei, *
quia non custodiérunt *legem tuam*.

Iustus es, **D**ómine, *
 et rectum iudícium **tu**um.
Mandásti iustítiam testimónia **tu**a, *
 et veritátem *tuam* **ni**mis.
Tabéscere me fecit zelus **me**us, *
 quia oblíti sunt verba tua *inimíci* **mei**.
Ignítum elóquium tuum veheménter, *
 et servus tuus *diléxit* **illud**.
Adulescéntulus sum ego et contémp_tus, *
 iustificatiónes tuas non *sum* **oblítus**.
Iustítia tua iustítia in **æ**térnum, *
 et lex *tu*a **v**eritas.
Tribulátio et angústia invenérunt me, *
 mandáta tua meditátio **me**a est.
Æquitas testimónia tua in **æ**térnum, *
 intelléctum da *mihi, et* **vivam**!
Glória Patri et **F**ílio *
 et **S**pirítui **S**ancto!
Sicut erat in princípío et nunc et **se**mper *
 et in **s**æcula **s**æculórum! **A**men.

Psalmus 118. (145-160)

CLAMÁVI in toto corde meo, exáudi me, **D**ómine, *
 iustificatiónes *tuas* **requí**ram!
Clamávi ad te, salvum **me** fac, *
 ut custódiám mandáta **tu**a!
Præveni in maturitáte et clamávi, *
 quia in verba tua *supersperávi*.
Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, *
 ut meditárer elóquia **tu**a.
Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam, **D**ómine, *
 et secúndum iudícium tuum *viví*fica me!
Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti, *
 a lege autem tua *longe* **facti** sunt.
Prope es tu, **D**ómine, *
 et omnes viæ *tuæ* **v**eritas.
Inítio cognóvi de testimoniis **tuis**, *
 quia in **æ**térnum *fundásti* **ea**.

Vide humilitátem meam et **éripe** me, *
 quia legem tuam non *sum oblítus!*
Iúdica iudícium meum et **rédi**me me, *
 propter elóquium tuum *vivífica* me!
Longe a peccatóriibus **salus**, *
 quia iustificatiónes tuas non *exquisiérunt.*
Misericórdiæ tuæ multæ, **Dó**mine, *
 secúndum iudícium tuum *vivífica* me!
Multi, qui persecúntur me et **tríbulant** me, *
 a testimóniis tuis non *declinávi.*
Vidi prævaricántes et **tabescé**bam, *
 quia elóquia tua non *custodiérunt.*
Vide, quóniam mandáta tua diléxi, **Dó**mine, *
 in misericórdia tua *vivífica* me!
Príncípium verbórum tuórum **vér**itas, *
 in ætérnum ómnia iudícia *iustítiæ tuæ.*
Glória Patri et **F**ílio *
 et **S**pirítui **S**ancto!
Sicut erat in príncípío et nunc et **semper** *
 et in *sæcula sæculórum!* **A**men.

Psalmus 118. (161-176)

PRÍNCIPES persecúti sunt me **gratis**, *
 et a verbis tuis *formidávit cor meum.*
Lætábor ego super elóquia **tu**a, *
 sicut qui invénit *spólia multa.*
Iniquitátem ódio hábui et **abominátus** sum, *
 legem autem *tuam diléxi.*
Sépties in die laudem dixi **tibi**, *
 super iudícia *iustítiæ tuæ.*
Pax multa diligéntibus legem **tu**am, *
 et non est *illis scándalum.*
Exspectábam salutáre tuum, **Dó**mine, *
 et mandáta *tu*a *diléxi.*
Custodívit ánima mea testimónia **tu**a, *
 et diléxit ea *veheménter.*
Servávi mandáta tua et testimónia **tu**a, *
 quia omnes *viæ meæ in conspéctu tuo.*

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, **Dómine**, *
 iuxta elóquium tuum da mihi *intelléctum*!
Intret postulátio mea in conspéctu **tuo**, *
 secúndum elóquium tuum *éripe* me!
Eructábunt lábia mea **hymnum**, *
 cum docúeris me iustificatiónes **tuas**.
Pronuntiábit lingua mea elóquium **tuum**, *
 quia ómnia mandáta *tua æquitas*.
Fiat manus tua, ut **salvet** me, *
 quóniam mandáta *tua elégi*!
Concupívi salutáre tuum, **Dómine**, *
 et lex tua meditátio **mea** est.
Vivet ánima mea et laudábit te, *
 et iudícia tua *adiuvábunt* me.
Errávi, sicut ovis, quæ **périit**. *
 Quære servum tuum, quia mandáta tua non *sum oblítus*!
Glória Patri et **Fílio** *
 et **Spirítui Sancto**!
Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in *sæcula sæculórum*! **Amen**.

Antiphona



In prin - cí - pi - o et an - te sæ - cu - la De - us e - rat




Ver - bum: i - pse na - tus est no - bis Sal - vá - tor mundi.

Capitulum

ET tu in princípío, **Dómine**, terram fundásti, et ópera mánuum tu-
 árum sunt cæli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis, et omnes sic-
 ut vestiméntum veteráscent, et velut amíctum mutábis eos, et muta-
 búntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. **R.** Deo grátias.

Responsorium



Be - ne - dí - ctus, qui ve - nit * in nó - mi - ne Dó - mi - ni.

V. De - us Dó - mi - nus, et il - lú - xit no - bis. In nó -

mi - ne Dó - mi - ni. Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o

et Spi - rí - tu - i San - cto. Be - ne - dí - ctus.

Versiculus

V. Verbum caro factum est.

R. Et habitávit in nobis.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

CONCÉDE, quæsumus, omnipotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitatis líberet, quos sub peccáti iugo vetústa servítus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace!

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster *secreto*.

Secunda vespera


Pater noster *et* Ave, María.

V. Deus, in adiutórium meum inténde!

R. Dómine, ad adiuvándum me festína!

Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípio et nunc et semper
et in sæcula sæculórum! Amen. Allelúia.

Antiphona · 1g1



Te-cum prin-cí - pi - um * in di - e vir - tú - tis tu - æ,
in splendó - ri - bus san-ctó-rum, ex ú - te - ro an - te lu-
cí - fe - rum gé - nu - i te. E u o u a e.

Psalmus 109.

DIXIT Dóminus Dómino meo: *
Sede a *dextris meis*;

Donec ponam inimícos tuos *
scabéllum *pedum tuórum!*

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex **Sion**: *
Domináre in médio *inimicórum tuórum!*

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus **sanctórum**, *
ex útero ante lucíferum *génui* te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: *
Tu es sacérdos in ætérnum secúndum *órdinem Melchisedech*.

Dóminus a **dextris tuis** *
confrégit in die iræ *suæ reges*.


Iudicábit in natió nibus, **implébit ruínas**, *
conquassábit cápita in terra *multórum*.

De torrén te in **via bibet**, *
proptérea *exaltábit caput*.

Glória **Patri et Fílio** *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípio et **nunc et semper** *
et in *sæcula sæculórum! Amen*.

Antiphona



Te-cum prin-cí - pi - um in di - e vir - tú - tis tu - æ,
in splendó - ri - bus san-ctó-rum, ex ú - te - ro an - te lu -
cí - fe - rum gé - nu - i te.

Antiphona · 7a



Red- em- pti - ó- nem mi - sit Dó- mi- nus * pó- pu - lo su - o,



man- dá - vit in æ - tér - num te - sta - mén- tum su - um.



E u o u a e.

Psalmus 110.

CONFITEBOR tibi, Dómine, in toto corde meo, *
in consílio iustórum et congregatióne.

Magna ópera Dómini, *
exquisíta in omnes voluntátes eius.

Confessio et magnificéntia opus eius, *
et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, †
miséricors et miserátor Dóminus, *
escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sǽculum testaménti sui, *
virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo;

Ut det illis hereditátem géntium, *
ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius, †
confirmáta in sǽculum sǽculi, *
facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo, *
mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius, *
inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum, *
laudátio eius manet in sǽculum sǽculi.

Glória Patri et Fílio *
et **Spirítui Sancto!**


Sicut erat in princípío et nunc et semper *
et in **sæcula sæculórum! Amen.**

Antiphona



Red-em-pti-ó-nem mi-sit Dó-mi-nus pó-pu-lo su-o,
man-dá-vit in æ-tér-num te-sta-mén-tum su-um.

Antiphona · 7c2



Ex-ór-tum est * in té-ne-bris lu-men re-ctis cor-de,
mi-sé-ri-cors et mi-se-rá-tor et iu-stus Dó-mi-nus.
E u o u a e.

Psalmus 111.

BEÁTUS vir, qui **timet Dóminum,** *
in **mandátis eius volet nimis.**

Potens in terra erit semen eius, *
generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo eius, *
et **iustítia eius manet in sæculum sæculi.**

Exórtum est in ténebris lumen rectis, *
miséricors et miserátor et iustus.

Iucúndus homo, qui miserétur et cómmodat, †
dispónet sermónes suos **in iudício**, *
quia in aetérnum non **commovébitur**.

In memória aetérna erit **iustus**, *
ab auditióne mala **non timébit**.

Parátum cor eius speráre in Dómino, †
confirmátum **est** cor eius, *
non commovébitur, donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus, †
iustítia eius manet in **sáeculum sáeculi**, *
cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit et irascétur, †
déntibus suis fremet **et tabéscet**, *
desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri et **Fílio** *
et **Spirítui Sancto**!

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in sáecula sáeculórum! Amen.

Antiphona



Ex-ór - tum est in té - ne - bris lu - men re - ctis cor - de,



mi - sé - ri - cors et mi - se - rá - tor et iu - stus Dó - mi - nus.

Antiphona · 4g1



A - pud Dó - mi - num * mi - se - ri - cór - di - a, et co - pi -



ó - sa a - pud e - um red - ém - pti - o. E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi *ad te*, **Dómine**, *
Dómine, *exáudi vocem meam!*

Fiant aures tuæ *intendéntes* *
in vocem deprecatiónis **meæ!**

Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, *
Dómine, *quis sustinébit;*

Quia apud te propitiátio est, *
et propter legem tuam sustínui *te*, **Dómine?**

Sustínuit ánima mea in *verbo eius*, *
sperávit ánima *mea in Dómino.*

A custódia matutína usque *ad noctem* *
speret *Israel in Dómino;*

Quia apud Dóminum misericórdia, *
et copiósá apud *eum redéemptio;*

Et ipse *redimet* **Israel** *
ex ómnibus iniquitátibus *eius.*

Glória Patri et Fílio *
et **Spirítui Sancto!**

Sicut erat in princípio et *nunc et semper* *
et in *sæcula sæculórum!* Amen.

Antiphona



A - pud Dó - mi - num mi - se - ri - cór - di - a, et co - pi -



ó - sa a - pud e - um red - ém - pti - o.

Antiphona · 8g1



De fru - ctu ven - tris tu - i * ponam su - per se - dem tu - am.



E u o u a e.

Psalmus 131.

MEMÉNTO, Dómine, **David** *
 et omnis mansuetúdinis eius!
Sicut iurávit **Dómino**, *
 votum vovit *Deo Iacob*:
Si introíero in tabernáculum domus **meae**, *
 si ascéndero in lectum *strati mei*;
Si dédero somnum óculis **meis**, *
 et pálpebris meis dormitatiónem;
Et réquiem temporibus meis, †
 donec invéniam locum **Dómino**, *
 tabernáculum *Deo Iacob*.
Ecce, audívimus eam in **Ephrata**, *
 invénimus eam in *campis silvæ*.
Introíbimus in tabernáculum eius, *
 adorábimus in loco, ubi steterunt *pedes eius*.
Surge, Dómine, in réquiem **tuam** *
 tu et arca sanctificatiónis **tuæ**!
Sacerdótes tui induántur iustítiam, *
 et sancti tui *exsúltent*!
Propter **David**, servum **tuum**, *
 non avértas fáciem *christi tui*!
Iurávit Dóminus **David** veritátem et non frustrábitur **eam**: *
 De fructu ventris tui ponam super *sedem tuam*.
Si custodierint filii tui testaméntum **meum**, *
 et testimónia mea hæc, quæ *docébo eos*;
Et filii eórum usque in **sæculum** *
 sedébunt super *sedem tuam*;
Quóniam elégit Dóminus **Sion**, *
 elégit eam in habitatiónem sibi.
Hæc réquies mea in **sæculum sæculi**, *
 hic habitábo, quóniam *elégi eam*.

Víduam eius benedícens benedícam, *
 páuperes eius saturábo **pánibus**.
 Sacerdótes eius índuam salutári, *
 et sancti eius exsultatióne *exsultábunt*.
 Illuc prodúcam cornu **David**, *
 parávi lucérnam *christo meo*.
 Inimícos eius índuam confusióne, *
 super ipsum autem efflorébit sanctificátio **mea**.
 Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui **Sancto**!
 Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sæcula *sæculórum*! Amen.

Antiphona




De fru-ctu ven-tris tu - i ponam su-per se-dem tu-am.

Capitulum

MULTIFÁRIE multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis, novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constituit herédem universórum, per quem fecit et sæcula. **R.** Deo grátias.

Responsorium · 8



Ver-bum ca-ro factum est, et ha-bi-tá-bit
 in no-bis, *cu-ius gló-ri-am ví-di-
 mus, qua-si U-ni-gé-ni-ti a Pa-tre,

****** ple - num grá - ti - a et ve - ri -
 tá - te. **V.** Pu - er na - tus est no - bis, et fí -
 li - us da - tus est no - bis. **Cu**-ius.
V. In prin - cí - pi - o e - rat Verbum, et Verbum e - rat
 a - pud De - um, et De - us e - rat Verbum.
Cu-ius. **Gló**- ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi -
 rí - tu - i San - cto, sic - ut e - rat in prin - cí - pi - o
 et nunc et sem - per et in sæ - cu - la sæ - cu - ló -
 rum! A - men. **P**lenum grá - ti - a.

Hymnus



A so - lis or - tus cár - di - ne ad us - que ter - ræ lí - mi - tem



Christum ca - ná - mus prínci - pem, natum Ma - rí - a Ví - ri - gi - ne!

Beátus auctor sæculi
servíle corpus índuit,
ut carne carnem líberans,
ne pérderet, quos cóndidit.

Clausá paréntis víscera
cæléstis íntrat grátia:
venter puéllæ báíulát
secréta, quæ non nóverát.

Domus pudíci péctoris
templum repénite fit Dei,
intácta, nésciens virum,
verbo concépit Fílium.

Eníxa est puérpera,
quem Gábriel prædíxerat,
quem matrís alvo géstiens,
clausus Ioánnes sénserat.

Feno iacére pértulit,
præsépe non abhórruit,
parvóque lacte pastus est,
per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus cæléstium,
et ángeli canunt Deo,
palámque fit pastóribus
pastor, creátor ómnium.

Summo Parénte glória,
Natóque laus quam máxima
cum Sancto sit Spirámíne
nunc et per omne sæculum!



A - men.

Versiculus

V. Speciósus forma præ fíliis hóminum.

R. Diffúsa est grátia ín lábiis tuis.

Antiphona · 6f (β)



Hó - di - e * Chri - stus na - tus est, hó - di - e Sal - vá - tor

ap-pá - ru - it, hó - di - e in ter - ra canunt án - ge - li,
 læ - tán - tur arch - án - ge - li, hó - di - e ex - súl - tant
 iu - sti, di - cén - tes: Gló - ri - a in ex - cél - sis De - o,
 al - le - lú - ia! E u o u a e.

Canticum beatæ Mariæ Virginis

MAGNÍFICAT *

ánima *mea* **Dóminum**;

Et exsultávit **spíritus meus** *

in Deo salutári **meo**;

Quia respéxit humilitátem ancíllæ **suæ**, *

ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes;

Quia fecit mihi **magna**, qui **potens** est, *

et sanctum *nomen* eius;

Et misericórdia eius a progénie **in** progénies *

timéntibus eum.

Fecit poténtiam in **bráchio suo**, *

dispérsit supérbos mente *cordis sui*.

Depósuit poténtes de **sede**, *

et exaltávit **húmiles**.

Esuriéntes implévit bonis, *

et dívites dimísit *in*ánes.

Suscépit Israel, **púerum suum**, *

recordátus misericórdiæ **suæ**;


Sicut locútus est ad **patres nostros**, *

Abraham et sémini *eius* **in sǽcula**.

Glória Patri et Fílio *
et Spíritui Sancto!

Sicut erat in princípío et **nunc** et **semper** *
et in sæcula sæculórum! Amen.

Antiphona



Hó - di - e Chri - stus na - tus est, hó - di - e Sal - vá - tor
ap - pá - ru - it, hó - di - e in ter - ra canunt án - ge - li,
læ - tán - tur arch - án - ge - li, hó - di - e ex - súl - tant
iu - sti, di - cén - tes: Gló - ri - a in ex - cél - sis De - o,
al - le - lú - ia!

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spíritu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

CONCÉDE, quæsumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitatis líberet, quos sub peccáti iugo vetústa servítus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium

tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǎcula sǎculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spírítu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace!

R. Amen.

Deinde dicitur Pater noster *totum secreto, eoque recitato, subiungitur*

V. Dóminus det nobis suam pacem!

R. Et vitam ætérrnam! Amen.

V. Divínium auxílium máneat semper nobíscum!

R. Amen.

Et dicitur Pater noster *secreto.*

Ad completorium

Iube, domne, benedícere!

Benedictio

Noctem quiétam et finem perféctum concédát nobis Dóminus omnípotens! **R.** Amen.

Lectio brevis

FRATRES. Sóbrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester, diábolus, tamquam leo rúgiens, círcuit, quærens, quem dévoret: cui resístite fortes in fide!

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis!

R. Deo grátias.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Pater noster, *quod dicitur totum secreto. Deinde hebdomadarius facit confessionem:*

CONFÍTEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus sanctis et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes sanctos et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet

MISEREÁTUR tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam! **R.** Amen.

Deinde repetit confessionem, et ubi dicitur vobis, fratres et vos, fratres, dicat tibi, pater et te, pater. Facta confessione a choro, hebdomadarius dicit

MISEREÁTUR vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam! **R.** Amen.

Absolutio

INDULGÉNTIAM, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus! **R.** Amen.

Extra chorum, si unus vel duo tantum recitent officium, et in choro monialium vel laicorum semel tantum ac simul ab omnibus ita fit confessio:

CONFÍTEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo et ómnibus sanctis, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes sanctos oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Deinde dicitur

MISEREÁTUR nostri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam! **R.** Amen.

In pace in idípsum *
 dórmiam et *requi*éscam;
 Quóniam tu, Dómine, singuláriter **in spe** *
 constituísti me.
 Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui **Sancto!**
 Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sáecula *sæculórum!* Amen.

Psalmus 30. (1-6)

IN te, Dómine, sperávi, non confúndar in **ætérnum**, *
 in iustítia tua *libera* me!
 Inclína ad me aurem **tuam**, *
 accélera, ut *éruas* me!
 Esto mihi in Deum protectórem et in domum **refúgii**, *
 ut *salvum me fáciat*;
 Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum **es tu**, *
 et propter nomen tuum dedúces me et *enútries* me!
 Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt **mihi**, *
 quóniam tu es *protéctor meus*.
 In manus tuas comméndo spíritum **meum**, *
 redemísti me, Dómine Deus *veritátis*.
 Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui **Sancto!**
 Sicut erat in princípío et nunc et **semper** *
 et in sáecula *sæculórum!* Amen.

Psalmus 90.

QUI hábitat in adiutório **Altíssimi**, *
 in protectióne Dei cæli *commorábitur*;
 Dicit Dómino: Suscéptor meus es tu et refúgium **meum**, *
 Deus meus, *sperábo in eum*;
 Quóniam ipse liberávit me de láqueo **venántium** *
 et a *verbo áspero*.
 Scápulis suis obumbrábit **tibi**, *
 et sub pennis *eius sperábis*.
 Scuto circúmdabit te **véritas eius**, *
 non timébis a timóre *noctúrno*;

A sagitta volante in die, †
 a negotio perambulante in tenebris, *
 ab incursu et daemónio meridiáno.
Cadent a latere tuo mille, †
 et decem milia a dextris tuis, *
 ad te autem non appropinquabit.
Verúmtamen óculis tuis considerábis, *
 et retributiónem peccatórum vidébis;
Quóniam tu es, Dómine, spes mea, *
 Altíssimum posuísti refúgium tuum.
Non accédet ad te malum, *
 et flagéllum non appropinquabit tabernáculo tuo;
Quóniam ángelis suis mandávit de te, *
 ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
In mánibus portábunt te, *
 ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.
Super áspidem et basilíscum ambulábis, *
 et conculcábis leónem et dracónem;
Quóniam in me sperávit, liberábo eum, *
 prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.
Clamábit ad me, et ego exáudiam eum, †
 cum ipso sum in tribulatióne, *
 erípíam eum et glorificábo eum.
Longitúdine diérum replébo eum, *
 et osténdam illi salutáre meum.
Glória Patri et Fílio *
 et Spirítui Sancto!
Sicut erat in princípíio et nunc et semper *
 et in sæcula sæculórum! Amen.

Psalmus 133.

ECCE, nunc benedicite Dóminum, *
 omnes servi Dómini;
Qui statis in domo Dómini, *
 in átriis domus Dei nostri!
In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, *
 et benedicite Dóminum!

Benedicat te Dóminus ex Sion, *
qui fecit *cælum et terram!*

Glória Patri et Fílio *
et Spirítui **S**ancto!

Sicut erat in princípío et nunc et **s**emper *
et in *sæcula sæculórum! Amen.*

Antiphona



Al - le - lú - ia, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.

Hymnus



Fit por-ta Christi pér-vi - a, re - fér-ta ple-na grá-ti - a,



trans-ít - que rex, et pérma-net clausa, ut fu-it, per sæ-cu - la.

Genus supérni lúminis
procéssit aula Vírginis,
sponsúsque, Redémptor, cónditor,
suæ gigas Ecclésiæ.

Honor matris et gáudium,
imménsa spes credéntium:
per atra mortis pócula
resólvit nostra crímína.

Glória tibi, Dómine,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et Sancto Spíritu
in sempitérna sæcula!



A - men.

Capitulum


PÓPULUS, qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam: habitán-tibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis. **R.** Deo grátias.

Versiculus

V. Verbum caro factum est.

R. Et habitávit in nobis.

Antiphona · 8g2



Ec - ce, * de quo Io - án - nes di - xit, Christus na - tus est
in Is - ra - el, et re - gni e - ius non e - rit fi - nis,
al - le - lú - ia. E u o u a e.

Canticum Simeonis

NUNC dimíttis *servum tuum, Dómine, **
secúndum *verbum tuum in pace;*

Quia *vidérunt óculi mei **
salutáre tuum;

(!) Quod parásti *
ante fáciem ómnium populórum;

Lumen ad *revelatiónem géntium, **
et glóriam plebis tuæ Israel.

Glória **P**atri et **F**ílio *
et Spirítui Sancto!

Sicut erat in *princípio et nunc et semper **
et in sácula sæculórum! Amen.

Antiphona



Ec - ce, de quo Io - án - nes di - xit, Christus na - tus est

in Is - ra - el, et re - gni e - ius non e - rit fi - nis,
al - le - lú - ia.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spírítu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

Orémus!

Oratio

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor, ita et immortalitátis sit ipse largítor. Per eúndem Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Oratio

DEUS, qui illúminas noctem, et lucem post ténebras facis: concéde propítius, ut hanc noctem sine impedímto sátanæ transeámus, atque in matutínis horis ad sanctum servítium tuum recurréntes, tibi, Dómino Deo vivo et vero, grátias et laudes referámus! Salvátor mundi, salva nos, omnípotens Deus, et lucem nobis concéde perpétuam, et pacem tuam nostris concéde tempóribus: a subitánea et impróvisa morte nos erípere dignéris! Qui cum Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

V. Dóminus vobíscum!

R. Et cum Spírítu tuo!

vel

V. Dómine, exáudi oratiónem meam!

R. Et clamor meus ad te véniat!

V. Benedicámus Dómino!

R. Deo grátias.

Benedictio

BENEDÍCÁT et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus: Pater et Fílius et Spíritus Sanctus! **R.** Amen.

V. Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum!

R. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster, Ave, María **et** Credo.